Medius. ¶ In. 4. dicit primo q vētriculus cerebri medius est velut transitus ab anteriori ventriculo ad posteriorē: z est sicut deylis inter eos situs. Est autē deylis meatus per quē de vno loco transitur ad aliū: z proprie subterra sicut sunt mine. Scō dicit q iste ventriculus cerebri medius est magnus z longus: qr rediēs est siue transiens de magno ad magnū. s. de anteriori ventriculo cerebri ad posteriorem qui sunt ambo magni: sed prior maior est. Et etiam vt ille virtutes que huic ventri infident: puta cogitatiua z estimatiua locum habeant amplum pro operibus suis: videmus. n. q; habentes caput rotundum paruum non satis oblongum sunt de more fatui. Tertio dicit q anterior spiritus primi ventriculi continuatur cum spiritu posteriore ventriculi vltimi per hunc medium ventriculum. Nā spiritus animalis cerebri defert formas rerum sensibilium a primo ventriculo ad ventrem medium vt cogitatiua circa illas operans componat z diuidat ipsas abinuicem: z estimatiua ab illis eliciat insensatas spēs quas defert spiritus a ventriculo medio ad posteriorē quatinus reseruet ipsas memoria. Quarto dicit q hmōi spiritus vel venter medius puenit ad amplitudinē curuitatū seu ꝯcauitatū memoratiū. s. ad duos posteriores ventriculos cerebri ḡbus infidet memoratiua virtus: geminatur. n. ventriculus vltimus vt alij duo sicut memoratum est prius paragrapho illo. Et vnusquisq; venter in sua latitudine duas hz partes. Quinto dicit q principium medij ventriculi cooperitur taliter q eius interius est sicut sphericum seu rotunde forme pp tres causas. Prima est: vt per illud sit elevatuz ad instar arcus vel testudinis vt sit transitus liber spūs per concauum eius. Scōa est qr hec pars per suam rotunditatem fit elongatior a nocumentis z minus passibilis a contristantibus sibi occurrentibus vt rotunde turres minus quadratis leduntur a machinis. Tertia est vt pars illa fiat fortior ad sustendanduz illud quod ferre habet de velamine quod p̄m gradus super ipsum tenditur z diuersificatur quemadmodum fornices vel arcus deferunt pontes z alia super hos edificatos z elevatos. Sexto dicit q illic. s. principio medij ventriculi duo ventres anteriores coniunguntur sic q per hunc ventrem seu trāsitum medium separantur ventres anteriores a posterioribus. Septimo dicit q ille locus ventriculi medij vocatur coniunctio duorum ventriculorū. s. anteriorīs z posteriorīs: z ille idem transitus appellatur venter medius cerebri. Octauo dicit q quia medius venter cerebri est transitus deferens formas sensatas rerum sensibilium a forma ad seruationem ideſt a sensu communi z fantasia ad memoriam est melior locus cogitationi z imaginationi ideſt virtutibus cogitatiue z imaginatiue ac suis operibus sicut sciuisti per hec que dicta sunt primi prima doctrina serta ca. v. paragrapho illo. Et huius quidem virtutis sedes est ventriculus cerebri medius. ¶ Attende q in isto medio vētriculo due sunt virtutes. Una est que dicitur cogitatiua si virtus rationalis ei imperauerit z ad suam peruenerit intentionem: z dicitur imaginatiua si virtus estimatiua ei imperauerit z ad suam peruenerit intentionem: z vtraq; istarum se exercet in compositione z diuisione formarum sensu perceptarum: z quandoq; in formis fictis vt in homine volante in monte smaragdino. Alia est estimatiua que ex formis sensatis elicit species insensatas: vt per hanc virtutem ouis ex motu z figura lupi elicit speciem inimicitie z fugit: z ex motu z figura pastoris elicit speciem amicitie z sequitur ipsum.

¶ Quod autem.

Universidad de Deusto

a ¶Quod autem ventres. ¶Hic simul loquēdo de his vētribus eos notificat:z primo probat q̄ sint sedes virtutum dictarum: z in hoc dici potest q̄ probat dicta. Secūdo notificat eos q̄ztum ad pāniculum qui videtur eis esse cōis:ibi ꝑa[Et pānículi] Cōsiderādum q̄ iam dictū est q̄ sensus cōis est i primo vētriculo:z cogitatiua i secūdo:memoria in tertio:hic ergo probat hoc simul. Nam medicus iudicat illic esse virtutez vbi comprehēdit:q̄ temperamētum in cōplexione z alijs est causa perfectionis operationis:z intemperamentum est causa lesionis. Medicus ät hoc habet ponere:lz non sufficiat nāli phyſico: vt declaratum est a me in libello quē de corde composui: videmus autez q̄ leso ventriculo primo leditur sensus cōis ꝛc. ifra hec patebunt. Dixit autē destruit quātum ad ablationem: ingreditur lesio quātum ad diminutionem z corruptionem.

ni ſm q̄ sciuisti. ¶Quod autem ventres[a] isti sint loca harum operationū significatur ex nocumentis que accidunt eis:destruitur enim cum nocumento cuiusq̄ partis eius operatio aut ingredit ipsam lesio. Et pāniculi[b] subtilis ps cooperitur:z cooperit vētres cerebri vsq̄ ad cācadi super quod est tunica. Buricies vero eius quod est post illud sufficit ipsi loco coopture velamis. ¶Cōmissuratio autem[c] que existit in ventribus cerebri est vt spiritus aialis in substantiam cerebri transitum habeat:sicut in ventres eius cum non omni[d] hora sit vēter dilatatus z aptus:z spiritus[e] animalis sit paucus vbi ventres tantummodo aperiuntur. Et etiam[f] quia spiritus alteratio paruz completur a complexione que est cordis vsq̄ ad complexionez que est cerebri:vt in ipso fiat eius decolor reuocatur intus. Dicendum q̄ illa reuocatio est ad cor ſz Auer. secūdo z tertio colliz. Vel dicendum q̄ licet ad cerebrū reuocaretur tñ calor inspissatur z attrahitur pp frigiditatez z hu.z sic occupat minorez locū. Sciendum tñ q̄ etiam in vigilijs multis resoluentibus posset dici q̄ ventriculi cerebri nō sunt dilatati.s.multum.

b ¶Et pāniculi. ¶Hic notificat istos ventres ex parte pāniculi qui videt eis cōis.s.pia mater. Et dicit q̄ ps pāniculi subtilis.i. pie matris cooperitur.s.a substātia cerebri penetrādo in illam:z cooperit vētres cerebri ab intra:q̄ foderat eos:nō tamen omnes:sed vsq̄ ad occiput z sic nō foderat cōmissuras partis posterioris z illius anfractus:nec ventriculuz posteriorem:q̄ duricies illarum partium excusat ab hoc:z hoc est supra expositum:z est mēs Gal.vt supra z Auic.xij.de aialibus:vnde dicit. Et membriana subtilis intrat in ventriculos ipsius cerebri: z cooperit illos quousq̄ perueniat ad partem posteriorē:cui sufficit sua duricies loco cooperimenti mēbrane. Ex hoc soluuntur contradictiones multe:z soluit questio:an pia mater vndiq̄ complectatur cerebrum: q̄ dicenduz q̄ ab extra sic:sed non ab intra.

c ¶Cōmissuratio autem. ¶Hic Aui.vult nobis notificare spirituz aialem. Eius autem notificatio est duplex:vna q̄ztum ad sui operationez z ista dependet ex capſo de virtute vitali z virtute aiali. Alia est eius notificatio quātū ad locum siue generationis z repositionis:z ista pendet: ex capi.anatomie cerebri. Et ideo hic Aui. notificat nobis ptes in quibus iste spiritus digeritur siue perficitur z in quibus continetur z ordinez in hoc. Primo ergo oſtēdit loca cerebri in quibus cōtinetur hic spiritus: z in quibus digeritur:z ordinem sui incessus. Secūdo ista loca ad inuicez comparat:ꝑa ibi[Cōmissura autem] Ad primi euidentiam. Cōsiderandum q̄ in substātia cerebri sunt quedam diuisiones:siue quidā anfractus quos hic Aui.vocat cōmissuras z merito:q̄ vna pars iacet alteri cōmissa:z supra etiam sic nominauit illo. §. Hic autem pāniculus. Vult igitur Aui.istarum cōmissuraruz ponere vtilitates: que vtilitates sunt pro alijs spiritu. Habet igitur hec pars partes duas sicut illius cōmissuratiōis: v.ponit vtilitates:ꝑa ibi[Et etiāz q̄ spiritus alteratio] Prima i duas: primo premittit illam vtilitatem:secūdo probat:ꝑa ibi[Cum non omni hora] Dicit prio q̄ cōmissuratio.i.cōmissura siue diuisio siue anfractus qui est in vētribus cerebri.i. substātia cerebri circa ventres:z est sicut diceremus ventriculatio pro vētriculis:ita q̄ cōmissuratio pro cōmissuris est ꝛc. Et hec est mens Aui.xij.de aialibus cap.de cerebro vbi dicit sic. Et in substantia cerebri sunt vie serose in quibus tranſit spiritus animalis:sicut in suis ventriculis.

d ¶Cum nō omni. ¶Hic probat z adducit.v.rōnes: ibi ꝑa[Et spūs aialis] Prima ratio potest formari sic. Si vētriculus cerebri nō est sem-

per dilatatus z apertus oportuit spiritum aialem recōdi z reseruari ſcō missuris z seris:que sunt in substantia cerebri:q̄ si non esset in eis spūs: tunc cuz dilataretur non haberet spm̄:sed sic est q̄ vētriculi nō sunt semper aperti. Huius rōnis ponit minorem. Cōsiderandum dicit dilatatus quantum ad concauitatem:dicit apertus quātum ad orificium. Cōsiderandum dixit in singulari dilatatus:referens sermonez suuz ad ventriculum anteriorem q̄ inter omnes est manifestior: de quolibet tñ potest intelligi. Et si dicitur quādo est q̄ ventriculi cerebri nō sunt aperti:z dilatati. Dicendum q̄ in ifrigidationibus cerebri: vl in ſistole quam cerebruz facit. Vel dicēduz q̄ hoc est in tēpore somni:fit.n. i eis aliqua oppilatio ex hūiditate ex qua fit clausio:fit etiam infrigidatio ex qua fit cōstrictio aliq̄. Sed cōtra q̄ i somno calor reuocatur intus. Dicendum q̄ illa reuocatio est ad cor ſz Auer. secūdo z tertio colliz. Vel dicendum q̄ licet ad cerebrū reuocaretur tñ calor inspissatur z attrahitur pp frigiditatez z hu.z sic occupat minorez locū. Sciendum tñ q̄ etiam in vigilijs multis resoluentibus posset dici q̄ ventriculi cerebri nō sunt dilatati.s.multum.

e ¶Et spiritus aialis. ¶Arguit sic:si quādo vētres aperiūtur spiritus aialis in eis existēs est paucus:oportuit tunc de hoc spiritu in substantia esse cerebri:vt possit dilatatum ventrem implere:sed sic est q̄ cum ventres multum dilatantur tantum quātum possunt dilatari spiritus aialis in eis est paucus:ergo oportuit ꝛc. Considerandum q̄ ex his duabus rōnibus cōuenienter fieri posset vna:sic arguendo. Si ventres cerebri all quando constricti:z postea dilatati nō habent spiritum aialem sufficientem eos implere oportuit de hoc spiritu esse in cerebri cōmissuris:sed sic est ꝛc. Considerandum secundo q̄ quando ventriculi cerebri sunt in dispositione alicuius constrictionis:tuc imaginandum est q̄ spiritus est in eis:quia in sanitate nūquam sunt constricti tantum q̄ latera se tangant: q̄ esset moꝛs:vt appebit capitulo de applia. Si igitur postes vētriculi dilatantur vt in expergefactione a somno:vel in diastole cerebri post sistolem:tunc spiritus ille nō poterit replere totum ventrem dilatatum: oportuit igitur de spiritu esse in cōmissuris substantie cecebri ad replendum: si enim alia materia replentur esset periculum. Et est simile ei quod dixi mus de auriculis cordis vt quam habēt vtilitatez auricule cordis cordi illam habent commissure substātie cerebri ad ventriculos quantum ad hoc quod nūc dictum est. Et hoc est q̄ Auicē. dicit spiritus animalis sit paucus:vbi ventres tātummodo.i. inquātum aperiuntur apertione ſm naturam possibili.

f ¶Et etiam quia spiritus alteratio. ¶Hic ponit tertiam vtilitatem commissurationis. Et primo ponit:secūdo probat:ibi[Et est q̄] Dicit primo. Et etiam cōmissuratio que existit in substātia cerebri est:vt i ipso scilicet cerebro quātum ad has commissuras fiat eius spiritus decoctio assumpta ex complexione eius scilicet cerebri:quia alteratio spiritus:vt sit animalis parum completur a corde quousq̄ veniat ad cerebrum: z tunc completur perfecte. Et quasi Auicen.premittit dictum z probationem si spiritus est completus ex complexione cordis vsq̄ ad complexionem cerebri oportuit eum contineri in commissuris cerebri: vt ibi complexionem acquirat: sed sic est. Et ponit hanc minorem z conclusionem.

Jacobus

¶In.v.dicit q̄ ex nocumētis accidētibus istis vētriculis cerebri signtificatur q̄ sunt loca z sedes harum operationum z suaꝝ virtutum: vt primus venter sensus cōis z fantasie z suorū operum z medius venter cogitatiue z estimatiue z suorum operum z postremus vēter memoratiue z reminiscibilis z suorum operum. Nam destruūtur aut impediūtur operatiōes istarum virtutum per nocumēta suorum vētrium vel suarum sedium vt si in ventre anteriori calidum fit aſa corrūpitur opus sensus cōmunis z interdum iudicat videre z audire que nec vidit nec audit. Et si fuerit in vētre medio corrūpitur opus cogitatiōis. Et si in postremo vētriculo fuerit corrūpitur opus aut impeditur memoratiue virtutis. ¶Attende q̄ Aristo.z sequaces eius oēs has virtutes posuerūt in corde prio inueniri velut i radice. Sed Gal.z eius imitatores distribuerūt has vētriculis cerebri modis pretactis. Quidam vero de famosis medicis oēs has vtutes i quolibz cēbri vētriculo sitas eē dixerūt:ſz vigere magis i anteriori sensum cōem i medio cogitatiuā:z in posteriori memoratiuā. Et q̄ dudum late declarauimus has opiniones cū suis motiuis primi prima doctri.vi.cap.v. nunc pertrāsimus ad expositionez textus redeūtes. ¶In.vi.dicit primo q̄ pars aliqua subtilis pāniculi.i.pie matris coopitur z per partem aliquā ipſiusmet z per partem aliquā medulle cerebri z per duram matrem z cooperit vētriculos cerebri vsq̄ ad cācadiz.i. ad occiput super quod est tunica que est pars dure matris. Secūdo dicit q̄ duricies huius partis cerebri que cooperitur pāniculo subtili sufficit ipi loco cooperture velaminis subtilis qm̄ tanta est duricies ipsius q̄ fert i-tristanter tegi dura matre sine medio.

¶In particula hac.ij.quarte partis principalis huius cap.dicit primo q̄ cōmissuratio que est in vētribus cerebri ad hoc ordinata est vt spūs aiales ingressum habeāt in substātiam cerebri sicut habēt ingressum in ventres eius. Et intellige per cōmissurationem multitudinem suturaruz seu cōmissurarum generatarum ex replicatiōibus multiplicibus pie matris se profundātium a vētriculorum superficie in medullā cerebri per quas se diffundūt z in quas penetrant aiales spiritus sicut per cranei suturas exeunt fumi ad vapores. Cause vero quare oz q̄ spiritus aialis in substātiam cerebri trāsitum habeat assignātur hic tres. Prima est q̄: ventres cerebri nō oi hora dilatati sunt z aperti:sic q̄ per hos spiritus habeāt liberum trāsitum ad operatiōes suas exercendas cessarēt ergo sepe operanisi spiritus per eius medullam diffunderētur. Secūda est q̄: spiritus aiales pauci inuenirent z insufficiētes ad opera cerebri complete exercēda vbi eis aperirētur solūmodo vētres absq̄ hoc q̄ trāsirent z multiplicarētur per medullam cerebri z suturas ipsius. Tertia est q̄: digestio spiritus completur parum.i. diminute in solis ventriculis a complexione cordis vsq̄ ad cōplexionem cerebri:itavt in vētribus fiat spūs decoctio assumpta ex complexione cerebri plena z perfecta. Et illud ideo q̄: cū i primis peruenīt spiritus de reti mirabili ad ipsum cerebrū primo subintrāt primum vētriculum vt ibi coquātur seu digerātur:deinde peruenīt ad vētrem medium in quo crescit coꝛ decoctio postea cōpletur decoctio ipsorū in vētre posteriori. Sed decoctio optima rei subtilis z facile mobilis:q̄les sunt spūs:nō cōpletur nisi pmixtiōe rei digestibilis cū re digerente z cōmixtione vehemēti cum ea z penetratione in partes minutas rei digerētis:talis autem permixtio nō fit in vētriculis cerebri sed in substantia medullari ipsius in quā per suturas spiritus penetrant sicut in epate chilus digeritur ad parua diuisus in filis radicum vene concaue z vene porte similibus pilis vt declarabitur tertij.xiiij.trac.i.cap.i.§.illo in epate nascūtur vene que sunt radices eaꝝ que pcedūt ex eo dispartite i ipso sunt villi. Secūdo dicit q̄ cōmissura vētriculi anteriorꝭ plura hz singularia.i.plures hz partiales cōmissuras q̄z cōmissura posteriorꝭ vētriculi:q̄ proportio cōmissure ad cōmissuram est fere sicuti proportio membri ad membrum: sicut ergo cerebri pars anterior est maior posteriore: z primꝰ vētriculus maior postremo:sic totalis cōmissura vētriculi anteriꝭ maior z multiplicior est cōmissura totali ventris posteriorꝭ. Tertio dicit q̄ cā minoratiōis vētriculi posteriorꝭ ab anteriore inuenitur in cōmissura:ita q̄ ideo anterior est maior qm̄ oportuit vt maiores z plures cōmissuras haberet ad digestiōez plurimi spiritus qui peruenit ad eū nō duz elaboratus z satis digestus:sicut est ille q̄ ad posteriorez vētriculū peuenit. ¶Attende q̄ pia mater non solū cooperit exterius cerebruz:sed p eius oēs notabiles partes sensate magnitudinis diuisa penetrat vsq̄ ad ventriculos secū deferens venas z arterias: z in hoc incessu cōmissuras generat seu ꝓstituit. Juxta illud Gal.ix.de iuuamētis mēbroꝝ capitu.v. Et propter hoc non currit coopertorium cerebri super cerebrum tantuz

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Et est quia. ¶Hic probat assumptum.s. q ista decoctio fit in illis cõmissuris:t primo premittit ordinem decoctionis huius spũs:secundo probat:ibi ſa|Decoctio vero.|Primum p3. Rõ huius est:q; ſm Sal. viij.de utilitate parti.xvi.ca.Spũs vadit de magis materiali ad minus: t ideo primo in anteriori:postea posterius tc̃.

b ¶Decoctio vero. ¶Arguit sic:si optima decoctio nõ fit nisi per commixtionẽ t penetratiõez in minimas partes cocti: spũs aialis per digestionem fit in illis commissuris:q; ex hoc erit ad paruas partes diuisus:ſz ita est:ergo tc̃.|Põit minorem t probat eam in exẽplo:sicut enim digõ sanguinis:q; est digestio rei perfecte fit per diuisiõez in venis minimis capillaribus:vt totuz epar totalitatez materie sanguinabilis tãgat:vt expectat dicere fen.xiij. Ita digõ istius spũs fit in diuisionibus illis:que dicuntur cõmissure. Cõclusionem nõ recapitulat:q; posuit eaz ibi:nisi in ipso.s. cerebro. In illis cõmissuris fiat eius decoctio assumpta ex eius cõplexione s.cerebri. Cõsiderandum dixit permixtione t pro.i.cõmixtione.s. humidi cum sicco t penetratione.s.caloris ad minimas partes eius rei:que dz digeri. Vel ſm alios permixtione quãtum ad partes grossas cõmixtiõe quãtum ad subtiles:penetratione quãtum ad vtrasq;.

c ¶Cõmissuratio autem. ¶Hic compat cõmissuram partis anterioris cerebri ad posteriorem. Et primo premittit:ſo probat:ibi ſa|Quã|Dicit q cõmissura anterioris partis cerebri hz plura singularia.i.hz plures diuisiones t seraturas:q̃z posterior cõmissura: t hoc apparet ad sensuz: Alle.n.cõmissure sunt manifeste in pte anteriori cerebri: ſz in posteriori nõ sic.vũ.xij.d aiali.A.dicit. Et serra aũrior est magis apta q̃z posterior.

d ¶Quoniam. ¶Hz duas partes sicut duas rões adducit:ſa ibi|Et cã|Primo arguit sic:qualis est proportio mẽbri ad mẽbrum: talis fere est proportio cõmissure ad cõmissuram. Nam commissure sunt dispões mẽbrorum:sed pars anterior cerebri est maior t manifestior:t hz vẽtriculos plures t maiores:ergo pars anterior cerebri habebit cõmissuras plures t maiores:t magis manifestas. Huius rõnis ponit maiorem:minorem aũt nõ ponit:q; ex dictis supra est nota:t posita:cõclusionem iam posuit. Dices quare dixit fere. Dicẽduz q hoc nõ scribitur in lib. de aialibus.xij. Vel dicẽdum q hic est modus loquendi. Vel dicẽdum q hoc dixit pp diuersitates paruas que cadunt in similitudinibus.

e ¶Et causa. ¶Adducit secũdam rõnem:t arguit sic:si cõmissura anteriozis partis cerebri dz recipe plus de spũ t digerere q̃z posterioris pars posteriozis:ergo cõmissura anterior hz plura singularia:q̃z posterior:sed fic est tc̃.Nam cõmissura anterior dz recipere spm̃:t digerere pro vẽtriculo anteriori t posteriori:sed posterior cõmissura pro posteriori ergo tc̃. Hanc rõnẽ innuit in vno vbo Aui.cũ dicit q cã pp quã minoratur cõmissura posterior ab anteriore inuenitur in cõmissura.i. in operatiõe vel utilitate pp quã est facta cõmissura. Erat aũt utilitas eius ptinere spũm t digerere vt supra Aui.probauit. Illa ergo cõmissura hz plura singularia: que hz plus de spũ continere t digerere:t hec est anterior. Cõsideráduz q in hoc q dico anteriozis cõparatur anterior pars cerebri .s. in qua est anterior ventriculus ad posteriorẽ:in qua est medius t postremus. Vel cõparatur pars in qua est anterior:t medius in partem in qua est postremus:t vtrũq; dictum verificatur vt p3. Cõsiderandum ho q ſra consuevit aliter a me exponi:vt hic cõmissura summatur pro officij cõmissione: t dicat cõmissura officium cõmissum anteriori parti:cuz hoc q hz plura singularia.i.plura orta. Rõ est:q; officium est ſm mẽbra qbus cõmittit: q; magnum mẽbrum potest plura orta habere:q̃z paruuz: ideo anterior pars hz plura singularia cõmissa.s.duas carũculas:duos oculos: t habz duos ventres. Et ex hoc officio commisso appet:q; est minor pars posterior q̃z anterior. Nam a posteriori nõ poterat oriri nisi vna nucha:t vna spina:nõ enim poterãt esse due nuche t duo dorsa. Hec expositio lz mihi modo nõ placeat potest tñ tolerari ex dicto Sal.viij. de utilitate particula.cap.de vẽtriculis cerebri.Dubitatur primo circa pmissa: an spiritus vitalis cum sit aialis perdat virtutem vãdi vitam:t solum sit potens dare sensuz t motũ. Hanc obmitto: q; est qõ quã prolixe discussimus in i.cap.de virtutibus:t illic cadit:vel in cap.de virtute vitali. Secũdo dubitatur. An spũs vitalis cũ sit aialis trãsmutetur substãtialiter. Videt q nõ:ex superficie verborum Aui.cũ dicit:spũs alteratio completur ad cõplexionem:que est cerebri. Item in .vi. de naturalibus viti. capi. dicit. In cerebro perficit cõplexio spũs:qui est aptus apprehẽdere virtutes sensus t motus ad mẽbra tc̃.Idem videtur mẽs Aui.primo p̃a.cap. de virtute vitali cũ dicit. Cum pars spũs in vẽtriculum penetrat cerebri complexionem recipiet tc̃.Idẽ de viribus cordialibus.i.ca. Amplius si spũs vitalis hz oẽs virtutes:nõ indiget in cerebro substãtialiter trãsmutari: vt acqrat aialem:sed solum modificari:sed hz oẽs:vt Aui.preal.cap. Et probatur q; organuz dz proportionari agenti:cũ igitur cor habeat oẽs virtutes aie primo:ergo spũs vitalis ab eo veniẽs. Amplius si isti.z.spũs differũt numero:igit nõ transmutant substãtialiter vnus in alium:sed ita

Jacobus

ſz profundatur i ipso per oẽs suas partes:t inuoluitur super ipsas t eurrit cum venis cerebri ad oẽs ptes donec pueniat ad vacuitatem vẽtriculorum cerebri.

¶In ptícula hac tertia quarte partis dicit prio q locus diuisionis duarum magnarum venaz ad cerebrũ ascendentium ex quibus texitur hec ps pie matris que sub cerebro est:est inter ventriculos anteriorem t posteriorem t sub ipsismet ambobus vẽtriculis:vt pmemoratum est primi prima doctri.v.sum.v.ca.iij.§.illo.Istis quoq; ramis cũ ventriculo medio propinqui fiunt est necesse vt magneh ãt vene t ex torculari fugant t ex suis vijs que ab eo separãtur.Deide a vẽtriculo medio ad duos anteriores vẽtriculos tendũtur t arterijs ad locuz illum ascendẽtibus obuiant:t texitur pãniculus qui rete vocatur secũdinum. Secũdo dicit q isti rami duarũ venarũ ascendẽtium ad cerebrum inituntur seu appodiãtur ad quoddam corpus de genere glandule implens hoc spaciuz quod est inter eos t super se sustinens huiusmodi ramos:sic fieri solet in religs ptitis venosis.i.in religs diuisionibus grossaz venarum i ramulos plurimos iuxta se positos vt in diuisione vene porte in octo meseraicas. Proprietas enim est seu natura propria vacuitatis idest spacij quod cadit inter hos venarum ramos vt impleatur glandulosa carne:quatinus ab ipsa rami sustententur t prohibeantur confundi t inuolui vel rumpi

in casibus.

est vt.d.Aui.in de viribus cordialibus primo cap. In õrium sunt cõiter medici t probaf q; organa spẽ vel genere distincta cũ vnuz fit ex alio substantialiter trãsmutãtur:sed hi spũs spẽ vel genere differunt. Sunt enim instra virtutum genere differentium vt.ix.terapẽ.ca.xij. In hac cõne loquens in vniuersalibus sermonibus tenui q spũs non fit substantialiter transmutatus cũ est factus aialis:hic vero loquẽs medicinaliter dico: q spũs vitalis cũ fit aialis substantialiter trãsmutatur:probatur primo ex intentione Sal.ix.de vtilitate particula. qui assimilat trãsmutationem spũs vitalis in spũz aialẽ trãsmutationi sanguinis in sperma. Amplius illa trãsmutatio videtur esse substantialis in qua trãsmutatum ad minima idiget tangi a trãsmutante:talis aũt est trãsmutatio in spũm aialem: vt Auicẽ. hic ponit tangẽs exẽplum de generatione sanguinis in epate. Ad õrias auctoritates. Dicendũ q oẽs auctoritates que dicũt hunc spũm acquirere cõplexionem notificant p hoc trãsmutationem ſm substantiam:cõplexio enim nobis notior est. Ad rõnes dicendũ q spũs vitalis hz oẽs virtutes diuersimode ſm medicos:naturales.n.t ales hz in potentia receptiua:ſz vitales hz in actu virtuali:hic tñ sermo est valde difficilis. Ad secũdam dicendum q nõ accipit distinctionẽ numeralẽ prout distinguit contra specificã.sed pro suppositali. Dubitaf tertio:an hec digõ qua fit spũs aialis fiat in cõmissuris vel in ventriculis vel alibi:primo per Sal.ix. de utilitate particu.ca.de retiformiplicatura:q vult q illa digestio fiat in illo reti. Idem vf Aui.velle primo can.fen.i.de anatomia arteriarum.iij. cap. Idez sentit Lostabẽ luce in trac.de ðria spũs t aie. Idem sentit Mayab.iij.theo.xix.cap.t.iij.cap. Probatur rõe:simile vf in organis sensuum exteriorz t organis interiorz respectu suoz instrumz. Sed organa sensuum exteriorum vtunf spũ facto:t alibi digesto: ergo virtutes sensitiue interiores que sunt in interioribus vẽtriculis vtẽtur spũ alí alibi facto per digestionem:t nõ facient illũ in ventriculis. In õrium est Auic. hic cũ dicit. In primis cũ ad cerebruz peruenit vadit ad vacuitatẽ eius primã vt in ipsa coquatur. Idem Sal.ix.de utilitate particu.ca.de vẽtriculis cerebri:vbi dicit. Anteriores itaq; duo vẽtriculi q inspirationez t expirationem t efflationem operanf:que a cerebro demõstratum est: et qm̃ preellaborant:t preparant aialem spũm. Probaf rõe: simile videf de generatione spũs in cerebro:t corde sed in corde generaf in ventriculo. Unde Aui.in pn.de cordialibus. Creauit deus ex cõcauitatibus cordis sinistrum vt esset armariũ spũs minera generationis illius. Ad intelligentiam huius cõsiderandum q digestio est dupler:vna i qua digestuz substantialiter trãsmutatur:t supfluitates emittit vt chili in epate: alia i qua solũ aliqua perfectio acgritur t nõ emittuntur supfluitates:sed possent emitti:t emittũtur in qbusdam:exẽplum conuerſio sanguinis in primam humiditatez. Sed cõtra:q; oẽ quod digerif emittet superfluitates tpis digestionis vt Auer.colz.ij.Dicendum q loquif de digõne in quo fit substãtialiter trãsmutatio:q̃z ſm mea dicta alibi forsan non sit necessarium in qualibet istarum semper separari supfluitates siue supflua. Dico igitur q spũs aialis non recipit suam digestionem dantem substantialem formam in ventriculis cerebri. Hoc declaratur: primo ex intentione Sal.ix.de utilitate particu.c.de retiformiplicatura: vbi vult q spiritus qui fluit ad vẽtriculos cerebri est causatus in primis t factus in rete mirabili: t q nõ fit in ventriculis. Unde dicit. Effluit aũt semper.s.in vẽtriculos qui bene elaboratus est spũs i retiformiplicatura a cãtus cortidie:t subdit:q elaboratus est mox incidit in ventriculos cerebri. Nec enim oportebat eum qui nõ elaboratus est peruenire:hoc secundo. Põt suaderi. Nam si digestio talis fieret in vẽtriculis cum in illa cõtingat superfluitates separari potuissent ille supfluitates impedire ventriculoz: actus. Amplius per rõnem tactam. Nam organa sensuum videntur vti spũ facto:igitur t organa imaginationis cogitationis t memorie: lz sit deuenire in corpore ad quãdam particulam primam que facit spiritum: t vtitur spũ vt cor. Cõtra primam rõnem q; Sal. vult preal. ca. q; vene emittunt superfluitates ad spaciositatẽ.i.ventriculos cerebri:non igitur erit periculum de superfluitatibus:cũ spũs ibi digeruntur. Amplius substantia parietum t ventriculorum cerebri digerit proprium nutrimentum:t exinde resultant superflua. Amplius ita probatur q in vẽtriculo cordis non potest fieri generatio spũs:q; illi spiritui associarentur superfluitates. Ad primam dicendum q per spaciositatem intelligit loca apta ad receptionem illarum superfluitatum:vt sunt meatus eũtes ad nares: t collatorium de qbus infra dicet Aui. vel dicẽduz q superfluitates ille venarũ sunt grosse subsidẽtes in fundo vẽtriculoz t statim petẽtes meatus expulsiõis:vnde nõ fit i spũ aiali claro impedimẽtũ: sed supfluitates que separãtur in hora digõnis spũs sunt subtiles:t vaporose apte moueri in vẽtriculis:hec tñ oia dicta sunt suasiua. Ad secũdam dicendũ q forsan in illa nutritiõe nõ fit supfluitatum separatio. Uenit enim nutrimẽtuz vltimum ita digestum:vt nõ resistat forme nisi per gradum perfectionis t nõ p ptem separabilem:vel aliter q illa supfluitas est pauca. Ad tertiã

Separtibus

vicendum

Dicendum q̄ spiritus cordis non indiguit tanta puritate: quāta spiritus cerebri. Secunda cōclusio est q̄ spiritus aialis recipit hanc digestionem in rete mirabili. Et vt generalius loquamur perfectio postrema qua spiritus meretur esse aialis acquiritur in hoc reti. Hoc probatur prio de intentione Aui. lib. i. fen. i. cap. de anatomia arteriarum subethicarum. Et Gal. ix. de vtilitate particu. cap. de retiformeplicatura. Et in lib. de virtutibus nostrum corpus diuinitus dicit. Decens fuit eum spūm aialez trāsmutatione poti⁹ certissima quo circa velut laberintum telaz quādam variam cōdidit natura prope cerebrum retiformēplicationez. Idē Halyab. iij. theo. xi. cap. Probatur rōe: ibi digeritur spiritus aialis digestiōe perfecta: vbi ad minima diuiditur & imoratur: sed hoc est in rete mirabili: ergo cē. maior q̄tum ad vnam partem est nota per Aui. ibi. De coctio vero q̄tum ad aliā est nota p Gal. ix. c. de retiformeplicatura vbi dicit. Ubi certitudinaliter elaborare materiam vult natura diuturnam enim conuersationez in organis digestionis preparat: minor est nota: qr nō inuenit in cerebro alius locus in quo possit spūs ita ad minima diuidi propter multam vtilitatem ramorum retis: & illorum multiplicitatez: nec etiam in quo possit tm̄ imorari propter moltiplicem inuolutionez & & iuper inuolutionez. Unde Gal. in lib. de virtutibus dispōētibus corpus nominauit illud rete laberintum: & hoc est q̄ Halyab. iij. theo. xi. c. dicit. Fecit hanc enim interplicationem natura reti similem: ne forte citius possit ea egredi spiritus sed rete circūdet: & imoretur in ea: complea tur eiusq̄ decoctio. Considerandum autem q̄ Gal. non fuit cōtentus dicere: q̄ in reti mirabili fiat hec digestio: imo probat: q̄ spiritus aialis indiget vso reti prio sui digestione. Nam sperma indiget circa genitalia circūtegi variformiplicatura suarum venarum: vt acquirat formam: ergo spiritus multo magis eget retiformiplicatura: ita arguit. ix. d̄ vtilitate particularum prealle. cap. Sed circa predicta dubitatur cū dicit esse rete mirabile vnum inter duram matrē & os basillare de quo Aui. dixit supra primo cap. aliud autem quod spargitur per substantiam cerebri: de quo Halyab. trac. ij. c. xxxviij. comē. Cuius rami terminantur ad vētriculos impellentes in eo spūm: in quo istorum retium fiat hec digestio: & videt q̄ in reti sparso in substātia cerebri: qr Aui. ponens vtilitatez seraturarū cerebri ponit: vt spūs digeratur: ille autem serature non sunt aliud q̄ diuisiones: ad quas pertingunt arterie. Item vbi spiritus diuiditur ad minima ibi perfecte digeritur: sed hoc est in illis arteriis cerebri. In contrarium arguitur. Naz auctores cōiter concordāt: q̄ in reti mirabili quod est sub cerebro prope os basillare. s. inter duram matrez & os. In hac qō ne est difficultas: possumus tm̄ dicere: primo q̄ vna perfectio numero datur in reti vtroq; sicut vna perfectio datur in venis osibus stantibus in epate q̄uis in gibo epatis augeatur perfectio: sic etiam perfectio substātialis datur in reti primo: deinde augetur in reti secundo quod est in cerebro. Et qr augmentum non potest fieri in gradu substantialis forme si substantia non recipit magis & minus. Ideo dicemus q̄ illud augmētuz est in accidentibus. Si autem fm alios speculantes spiritus aialis: cum fit ex vitali non recipit aliam formam substantialem: tunc dicemus q̄ aliquam partem perfectionis accidentalis acquirit in reti primo: aliquaz i secundo: ex quibus integratur perfectio vna accidētalis: qua ille spiritus est complete spiritus aialis. Secundo modo possumus dicere: q̄ pfectio quam recipit spiritas in reti mirabili primo quod est sub cerebro est pfectio accidentalis & preparatiua: sicut est perfectio que fit in venis meseraycis preparatiua ad substantialem formam vandaz in epate. Sed pfectio quam recipit in secundo reti: quod est in substātia cerebri est pfectio substantialis: sicut illa quā sanguis hz in venis: que sunt i carne epatis. Iste tm̄ modus est apparens: & nō consonus premissis dictis auctor. Tertio modo possumus dicere q̄ in primo reti fit trāsmutatio substantialis: in secundo etiam fit transmutatio substātialis specifice differens ab illa: vnde illa abijcitur: & ista inducitur: & tūc inter formaz spiritus vitalis & formā spūs aialis in cerebro est forma media differēs spē ab vtraq;. Cōparabimus igitur formam spūs datam in reti primo mirabili forme chili date in stomacho: & formam spūs datam in secundo reti. s. i substantia cerebri forme sanguinis. Hec & si apparent noua possunt declarari. Nā spūs fm medicos substantialiter trāsmutatur in prio reti mirabili: vt apparet ex dictis: etiam substantialiter transmutatur in secūdo reti per eandem rōnem: qr ad minima diuiditur in eo. Ista igitur trāsmutatio vl est ad eandez formam numero: & hoc est impossibile: qr ad formā iam preexistentē eandē non est motus siue mutatio: esset. n. contradictio: si igit spūs est primo substantialiter trāsmutatus in primo reti est impossibile: q̄ i secūdo iterum substantialiter trāsmutetur transmutatione eadē fm numerū ad eandē formaz fm numeruz: & per eandem rōnem non potest transmutari ad eādem formā fz spēm: qa quod est idez alteri fm spēz nō potest cōparari ei vt materia substantialiter transmutet: vt hō hōi & ignis igni. Relinquitur igitur q̄ si spūs prio substantialiter trāsmutatur in primo reti: deide in secūdo: q̄ iste sint forme substantiales specifice differētes: & vna ad aliaz preparet: vt forma chili ad formam sanguinis: & hoc fuit consequens: qa natura formā perfectā per plures gradus puios inducit vt apparet de forma que est aia aialis: qa igitur forma aialis spūs erat valde perfecta: ideo nō solum preparauit ad eaz formā vitalis spūs: que est preparans ad naturalez: sed ēt forma spūs inominata nobis que datur i primo reti mirabili. Sed tu. d. ego dicam q̄ iste spūs simul i reti primo & secundo trāsmutatur ad vnam formam substantialem numero: sicut vnus ignis numero pōt incēdi in vno baculo continuo: cuius ps fit i via: & ps in domo. Dicēdum ad hoc q̄ ista trāsmutatio primo fm tps fit in primo reti: in quo retinetur: & ad minima diuiditur. Deinde illemet spūs transit p duas vias formatas ex collectiōe illius retis: & trāsit ad cerebri iterum ramificatis illis venis: & ad minima diuiſis: & ibi substātialiter trāsmutatur. Prima ergo digestio est facta in primo reti ex quoddaz calore nondum terminato ad cerebruz: sed quasi cōmuni cordi & cerebro: & hec est digestio ad vnam formam substantialem: aliam a forma spūs vitalis: deinde in alio reti virtute propria cerebri dat vna alia forma. Ista dicuntur ad excitandum mentes intelligentiū. Tertia conclusio est: q̄ in vētriculis cerebri spūs recipit aliquā digestionē: & si non substantialem tm̄ aliquam accidentalē. i. aliquā perfectionē: & hoc marie fm medicos. Naz fz medicos ois spūs q̄ ad aliquod organū per aliquā virtutē determinatur recipit ibi aliquā perfectionē siue cōplexionē: sicut spiritus cerebri & cristallina. Cum igitur spūs stans in substātia cerebri & cadens in ventriculis determinetur ad determinatū organū & virtutē: vt in vētriculo primo ad fantasiam & sensum cōem: in secūdo ad cogitatiuā: igitur ibi in eo aliqua perfectio acgretur. Ex quo apparet qs est ordo prouētus spūs: qr primo in anteriori vētriculo recipitur: deinde in secūdo. Et huius causa est: qr talis est ordo virtutum istarum agentium spūm: prior etiaz tpe est sensus cōis & imaginatiua q̄ cogitatiua & memoratiua. Et forsan alia cā est: qa substantia cerebri anterior est plis q̄titatis aptior ad digestionez faciendam: etiam virtutes cogitatiua estimatiua & remiscitiua sunt perfectiores: & ideo egerunt spū vltime perfecto. Spūs igitur primo in primo ventre: deinde secūdo in secūdo: tertio in tertio perficitur. Et hoc intelligit Auer. primo cantice. lxxxv. comē. Ex quibus cōtraria cessant: qa omnes verum dicunt. Scias tamē q̄ sermo Aui. hic cum dicit: vadit ad vacuitatem eius primam & cē. non intelligit ad vacuitatem. i. solum ventriculum: sed etiam cōmissuras in substantia cerebri iuxta ventriculos. Nō enim Aui. nihil concluderet: nisi sic exponeret. Hic tamen esset difficultas magna quam taceo.

C Et inter hunc ventrez & ventrē posteriorem & sub eis est locus qui est partitio duarum venarum magnaruz ad cerebrum ascendentium: quaruz rememorati fuimus in ramis ipsaruz ex quibus texitur secūdina sub cerebro. Et illi quidem rami innixi sunt corpori de genere glandularuz iplenti quod est inter eos & sustinet eos sicut est dispositio in reliquis partibus venosis: vacuitatis enim q̄ inter eos cadit eadē, pprietas est vt ēt impleatur carne glādulosa. Et iste quidem glandule figura ramoruz predictorum figurantur fm formam partitionis narrate: quēadmodum enim rami: aut partitio rememorata a stricto incipiūt: & in amplum finiuntur facientes dilatationem: similiter caput huius glandule factum est pinealis forme cuius caput est sequens initiuz partitionis desuper & incedit cum eo tendens versus finem eius vsq; ad cōplementum suspensiōis

a C Et inter hunc ventrem &c. C Superius notificauit per anatomiam cerebrum quantum ad sui partes principales. Hic anatomiam ponit partium annexarum: & sunt tres seu quatuor. s. glandula vene circa illam apposite vermes nominati: & loca expulsiōis superfluitatuz: primo ergo venas & glandulam notificat: secundo appositiones vel partes quasdā que dicuntur vermes. Tertio vias expulsionis: secūda ibi [Et ipsius ptes] tertia ibi [Et expulsio probatur] Considerandum q̄ sicut arterie ascendentes constituunt rete mirabile: ita vene constituunt rete: quod dicitur secundina. s. ad nutriendum cerebrum: tm̄ diuersimode: qa sole arterie cōstituunt rete mirabile. Ex quo statim a parte inferiori fit ingressus ad cerebrum sed iste vene diuiduntur super illam glandulam: & ascendunt sursum & reuertuntur inferius. Et causam assignat. A. primo prima cap. de anatomia arteriarum subethicarum: & Gal. miratur de hoc nono de vtilitate particularum quinto cap. Dubitatur quare non fecit mentionem

Jacobus

in cabibus. C Attende primo q̄ glādula hec de qua tractatur hic conarium dicta est a Gal. viij. de vtilitate particulaz cap. x. ait enim ibi. Rursus igitur ad partes que post medium ventriculum sunt veniētes sermone corpus superiacens fm principia posi qui copulat eum ad posteriorē vētriculum quod ab anatomicis vocatur conariuz: scrutemur cuius gratia factum est. Est autem hoc substātia quidez aden. i. glādula: figura vero cono. i. pomo pini simile: vnde ei & nomē impositum est conarium scz. C Attende secūdo q̄ opinati sunt quidam glādulam hanc esse velut custodem & dispēsatorem spirituum transeuntium a medio cerebri vētriculo ad eius postremum retinētem ipsos donec sunt digesti: sicut portanarius in fundo stomachi descendere prohibet a stomacho cibos ad intestina donec sint digesti. Juxta illud Gal. ibi. Utilitatem autem eius eādez esse putant quidam quā habet & q̄ fm ventrem est portanarius etenim & illum adenē aiūt esse & prohibere de ventre ad subtile intestinum transmi nutrimētum anteq̄ digeratur. Hunc autem adenē conarium in principio stantem posi mittentis ex medio ventriculo ad parenge falidaz spiritum custodem quēdam velut dispensatorem esse quātitatis missionis. C Attende tertio q̄ eadē est vtilitas glādule conarie cerebri q̄ est & alia

De partibus

rum glandularum corporis ex se firmantium venas diuisas. Juxta illud Gal. ibi. Nunc autem adenē consimilem replētez magne arterie diuisionem a qua oēs fere que fm anteriorem ventriculum corpōrmes plicature cōsistunt gratia eiusdem vtilitatis alijs adenibus qui firmāt diuisaq̄ venas puto fore factum. Etenim positio per ola videtur eadem p̄dictis adenibus: summitatem quidem in illis partibus firmantibus vbi primo diuiditur. Reliqua vero pars proportionaliter distātie que fit ex diuisis vasis adaugetur: & vsq; tantum procedit quousq; quidez & illa sublimia feruntur. Postq̄. autem ascenderunt vene corpus quod fm ipsum cerebrum relinquit iam eas conarium: firmamentum autez his fit corpus cerebri quod est ibi. C Attēde. iiij. q̄ existimare conarium preesse transitui spūz aialiū velut custodē & dispensatorē eoz est attribuere conario plus dignitatis q̄ promereat & derogare ōmiformi pti cui id incūbit ex officio. nō. n. conariū simul cū cerebro dilatat & ꝛstringit nec est cerebri ps nec ē in cerebro: nec est de se mobile. Juxta illud Gal. ibi. Opinari autem trāsitui spiritus preesse id: & vermiformis ephiseos actum ignorantium est: & plusquam secundum dignitatem adeni largientium. Si enim ipsius cerebri esset particula: sicut portanarius ventris: ptingeret vtique id illius

derete mirabili. Dicēdum q perfecte dixerat primo lib. Pars cerebri cē. i. t locus medius in quo partiuntur ad quem inueniunt iste vene.

a ¶Et ipsius partes.]Hic notificat quasdam cerebri partes annexas: que videntur vermes: t dicit. Et ipsius. s. cerebri partes. s. appositę que sunt desuper. i. in vētriculo anteriori: qui vētriculus potest vocari deliuper: q est primo t etiam altior. Sed tu di. quare statim post venas determinauit de huius vermibus. Dicendum q satis similantur venis rubeis ex sanguine. Considerādum: antiqui periti i anatomia noluerunt istas particulas vermes: quia multam habent similitudinem cum vermibus: vt Hal. viij. de vtilitate pticularū cap. de vermiformi ephisi. i. terminatiōe. Considerandum q istos vermes Aui. notificat ex pti. Primo ex sui loco generali: q in anteriori vētre. Secūdo ex sui similitudie in figura: qa formę vermicularis. s. vermis subterranei. Tertio ex sui compositiōe: q habēt cōmissurationes: vt possint diuersos habere motus vt Hal. viij. de vtilitate particularum. Quarto ex modo cōpositionis: q cōmissuratio est in longitudine. Quinto ex sui pānículo: qa cooperitur pia matre: vt innuit Aui. vi. ex sui spāli situ: qa sunt superadditiones similes coxis cōiunctis: t iste sunt solium: siue fundus ventriculi anteriorīs. Septimo t per modum in quo sunt: qa isti vermes ligantur super illis additiōibus ligamētis: que nominantur corde siue tenātos: vt Aui. hic t Hal. viij. de vtilitate particula. ix. de iuuamentis membrorum. vi. cap. in fine. Octauo notificat istos vermes per eorum operationem: qa aperiunt meatum q est principium ventriculi medij: t hoc qñ corrugantur: t in latum augētur: t claudunt: qñ extenduntur: qa illa duo additamēta sicut cosse ex hoc exprimuntur vsq ad locum cōiunctionis eorum: qui est locus principij vētriculi medij: t sic oppilant illum meatuz. Et hoc est q dicit vsq ad coniunctionem t oppiletur meatus. Nono notificat eos per partium anteriorīs t posteriorīs diuersitatem: qa pars que respicit partez cerebri posteriorem est minor: pars anterior est maior: t pars posterior hz aliquaz concauitatem: sed anterior non: etiam pars posterior quasi intrat i meatum ventriculi: q multum appropinquat: t pars posterior est strictior: t anterior est latior: qa hoc est conforme ipsi figure substantie cerebri. Et hoc est quod dixit hz formam quam cerebrū tollerat. Decimo notificat nomine t dicit vocantur vualia: qa sunt sicut due vue in colore: t lenitate: t forsan intelligit de alimentis. s. in principio versus ante vbi isti vermes sunt, grossi. Undecio notificat ex modo sue t positionis: q non habet cōmissuras. Sed tu di. contrarium supradixit cū dixit cōmissuratio ex commissuris. Idem Hal. de iuuamentis. vi. capi. vnde dicit. Vermis nō fuit compositus ex multis partibus nisi vt reciperet multas inuolutiones: t vt possit moueri multis motibus diuerse quātitatis. Dicēdum primo q sermo Aui. forsan refertur ad duas cossas cerebri super quas locatur. Vel dicendum q per cōmissuras intelligit asperitates superficiales. Vlā isti vermes: licet in substantia habeant cōmissuras: qa diuersas partes: tamē in superficie sunt lenes obedientes motui: t est sermo conformis Aui. xij. de animalibus vbi dicit: t ille due vene. i. vermes non habent ibi asperitatem: sed potius planiciem: vt melius possint confricari. Vel dicendum: q in actu t in apparenti sunt non habentes cōmissuras siue diuersitates: vt quasi eius motus sit vnius rei: t hoc q melius constringūt t cooperiunt foramen. Vel melius cooperiuntur ab eorum panniculo. Etiam q motor vermis melius mouet cum quando est vnus: sed in potentia t occulte habent commissuras propter diuersos motus quibus indigent. Vel dicendū q habent commissuras non hz latitudinez sed hm longitudinem

ramorum: t est illic contextum hm similitudinem texture secundine: t requiescit in ipso. ¶Et pars cerebri comprehendentis super hunc ventrem mediū cōmunitas eius. Et ipsius partes[a] que sunt desup sunt vermicularis forme cōmissurate ex cōmissuris positis in longitudine sui ligate adinuicez vt possint extendi t contrahi: sicut vermis reuolutus. ¶Et superius eius interius cooptum est pāniculo qui cooperit cerebruz vsq ad posteriorem. ¶Et est compositum cum duobus additamentis cerebri rotūdis comprehensis longitudine sicut due coxe vicine ad contactū t elōgate ad separanduz ligamentis que nominantur chorde: vt ab eis nō remouea tur: vt cum vermis extenditur t eius latitudo cōstringitur comprimat hec duo additamenta vsq ad coniunctionem t oppiletur meatus: t cum contrahit ad exprimendum t augmentatur latitudo

Jacobus

fistolationibus. i. constrictionibus t dilatationibus translatum a ppria positione aperire t claudere in parte porum. Qñ aūt non est cerebri pticula aden iste: neq ex intrinsecis partibus vētris cerebri: sed extorsuz ei adheret: qualiter vtiq poterit tam magna facere circa porum nō existēs mobilis. Tertio dicit hic princeps q ista glādula dicta conarium figuratur figura predictorum ramox hm formam prenarrate diuisionis duarū dictarum grossarum venarum ascendentiū ad cerebruz. Quod sic declarat: qa sicut dicta diuisio venarū in ramos incipit a stricto: puta a venis grossis in se coadunatis t tēdit in latū sparsis suis ramulis t multiplicatis: sic ista glādula pinealis forme est a stricto incipiens versus initiū dicte diuisionis: t in latum tendēs versus finē eius inuoluta ramis vsq ad complementum suspēsionis dictox ramorum: ita q tādiu trāsit hec glādula cum dictis ramis qādiu ipsi pendent: t vbi primuz super corpus cerebri rami hi quieuerint: cessat hec glādula cum eis incidere. Et est circa istam glādulam quoddā cōtextum hm similitudinem texture secūdine q in vtero materno cōtinet fetum: t in hoc ptextu requiescit glādula: t ab ipso oritur pie matris plurimū quod profundatur in medulla cerebri anteriori. De nūc dicta glādula scribit Hal. ix. de iuuamētis membrorum c. vi. s. vlti. Dico ergo q substantia istius corporis est substātia glādulosa t figura eius est figura pinee: t vtilitas eius est ad implēdum vacuitates que sunt inter partes vene magne ex qua contexunt plura retia secūdinalia q̄ sunt i duobus vētriculis cerebri anteriorib⁹: t vtilitas eius est sicut vtilitas aliarum glādularum que firmāt venas t sustentant eas: t caput eius est positum cū parte istius vene: t residuum totius vadit hm diuisionem venarum que diuiduntur ab illa vena: t non cessant iste glādule trāsire cum venis quādiu pendent: t cum quieuerint ille vene pma quiescentia super corpus cerebri tantum quiescet illa glandula t nō procedet amplius: hec Halienus.

Et pars cerebri.

¶In hac quarta particula quarte partis istius capituli primo agit d parte cerebri vermiformi cooperiente ventriculū medium. Secundo de pānículo quo medius vēter superius tegitur ibi.]Et superius eius]Tertio de compositione partis vermiformis cum additamētis similibus coxis ibi]Et est compositum]Quarto de quātitate t termino partium anteriorīs t posteriorīs vermiformis partis ibi]Quod autem de eo]Quinto de noie t mō substātie additamētorum similiū coxis ibi]Duo vo pdicta.]

¶In. i. particula inuit princeps tres propositiones. Prima est pars tota cerebri cooperiētes medium vētriculum t partes ipsius longitudinales q̄ sunt desuper sunt vermicularis forme seu vermisimiles. Secūda ē partes huius partis longitudinales sunt cōmissurate cōmissuris positis in lōgitudine t ligate simul ac si plures vermes simul adinuicem cōnexi forent ablōgi t graciles sub simili situ t lōgitudine. Tertia est q he partes vermiformes ideo fuerunt cōmissurate t colligate adinuicem: vt extendi possent t etiam contrahi sicut vermis lōgus reuolutus qui nisi se in lōgum extēdens porrigit nūc seipsum cōtrahit latior effectus. ¶Attēde circa expositiōem litteralem q iste noiatiuus pars absolute ponit causa relationis. Et per cōtatem eius intellige totalitatem vermiformis partis: vt sit sensus q totum coopertorium medij vētriculi est vermiforme. Et per partes eius q̄ sunt desuper intellige partes longitudinales t integrales huius coopertorij quod predominatur trāsitui spūs de vētre i vētrem. Juxta illud Hal. ix. de iuuamētis membrorum ca. vlti. Pars autez cerebri q̄ est in isto cānali que dūatur super vtilitatem spiritus est additamētum quod extēditur in isto cānali quod assimilatur vermi: t nō appellatur ab anatomicis hoc noie: nisi ppter figuram eius tm̄. Et octauo de vtilitate particularum cap. xviij. aūt. Quod aūt somniat gdaz quoniā

De partibus

tis continuatur mediatione neruorum sicut stomachi ꝛ marricis et velaminis et aliorum membrorum si fuerint: aut membri inter quod et cerebrum continuatur involutione venaruz facta ex venis ꝛ arterijs sicut cordis et epatis splenis aut membri vicinantis ei alia vicinitate: sicut pulmo positus sub eo ꝛ adducit ei nocumentum: aut membri communicantis membro vno modo et cerebro alio modo: sicut communitas eius cum renibus in doloribus ipsorum aut propter communitatem corporis sicut propter febres. ¶ Quod autem[a] est cum communitate quandoqz fit cum periodis ꝛ paroxismis ſm periodos ꝛ paroxismos cause que est in membro communicante: sicut que fit propter communitatem stomachi: cum est propter effusionem materierum colericarum ꝛ aliarum ad ipsum cuz periodis: ꝛ sicut que fit cum periodis augmenti specieruz febrium. ¶ Et soda[b] quidem diuiditur alio modo. Nam ex ipsa est cuius causa est aliqua specierum primitiuaruz: sicut soda ebrietatis: nam dum perseuerat soda ebrietatis: ꝛ nõ fit fixa propter fixionem cause augmentationis illa generatur ex ea: et sicut soda propter comestionem rei calide sicut allioruz ꝛ reliquorum. Et ex ipsa est cuius causa est antecedens iam collecta: ꝛ est mansiua ꝛ manet ipsa propter eam. ¶ Et quandoqz[c] est accedẽs: deinde fit egritudo. Et cum remanet egritudo post febres acutas nunciat egritudines cerebri: et significat defectum nature ab expulsione materie perfecta fluxu sãguinis pernares ꝛ reliquis. Et ex egritudinibus sunt quibus nunciatur subetb: aut apoplexia aut demonium aut mollities: aut surditas ſm substantiam materie ꝛ ſm motum eius. ¶ Soda quoqz[d] diuiditur ſm loca sua. Quandoqz enim est in vno laterũ capitis: ꝛ que ex ea est cõsuetudinaria nominat emigranea: ꝛ qnqz est in anteriore capite: ꝛ qnqz est in posteriore capite: ꝛ quãdoqz totum caput continet. Et que ex ea est consuetudinaria inseparabilis nominatur ouum ꝛ nux: cuius assimilatio est ouo armorum quod super totum caput comprehẽdit.

b ¶ Et soda. ¶ Hic ponit diuersitatẽ ex parte cause primitiue ꝛ añtis. ¶ Cõsiderandũ ꝙ Aui. potest duo innuere: primo ꝙ soda quedã est a causa primitiua vt ebrietate: quedã a causa antecedẽte sine causa primitiua

c ¶ Et qnqz est. ¶ Hec est secũda pars in qua Aui. ponit diuersitatẽ sode ex parte modi existendi: ꝙ qnqz habet moduz existẽdi egritudis: ꝛ quãdoqz modũ accidẽtis: scilicet aũt accidẽs soda quousqz stat eius sequela ad febrez: cũ aũt iam natura expulit materiã febris et cessauit febris: ꝛ remãsit aliq̃ pars materiex in capite faciens sodã: talis soda non dicitur accũs febris: sed habet quendã modũ egritudinis: ꝛ ideo dicit egritudo non ꝙ formaliter sit egritudo. Ista autẽ soda significat aliquaz passionem in cerebro vt subet ꝛc. ꝛ hoc est qđ dicit ex egritudibus. i. ex eius lesionibus siue doloribꝰ capitis: qui sunt egritudines nũciat sub: ꝛ ſm substantiam materiei: ꝛ ſm motũ ſm substantiã quidez: quia si substantia est phlegmatica nũciari potest subet: si melancolica: scilicet de colera adusta demonium ſm motũ vero: quia si mouetur ad vẽtriculos: ꝛ oppilet significat apoplexiã: si ad neruos molliciez idest paralysim.

d ¶ Soda quoqz diuiditur. ¶ Hec ẽ tertia pars i qua ponitur diuersitas sode ex parte loci: ꝛ Auicẽ. innuit ꝙ soda est nomẽ generis: sed emigranea est dolor in vna parte ꝓsuetudinarius: ouũ siue gallea siue nux est dolor in toto capite etiam consuetudinarius.

Jacobus

te: ꝛ hoc modo pulmo cõmunicat cerebro suũ nocumentũ. Quartus modus est cũ mẽbrũ mãdans vno modo alicui mẽbro cõmunicat: ꝛ alio mõ cõmunicat cerebro: sicut renes epati cõmunicant medijs venis: et cõmunicant cordi per arterias: ꝛ mediãtibus corde ꝛ epate cõicant cerebro: cõicãt etiã aliter mẽbro per suas fascias seu pãniculos qbus cõtinẽtur qꝛ sunt neruosi. Quintus modus sit ex cõmunitate totius corporis ad cerebri partes ꝛ ad totũ caput quod est vt caminus a toto suscipiens assidue fumos: vapores humores: ꝛ fuligines sicut in febribus. Secũdo dicit ꝙ dolor capitis a causa cerebro cõmunicata per aliud membrũ quandoqz efficitur ꝛ affligit cerebrũ non continue: sed cũ periodis ꝛ paroxismis ſm periodos ꝛ paroxismos humoralis cause que in mẽbro mouet cõmunicãte. Et per periodos sunt intelligẽde reuolutiones ſm quas redit dolor ad cerebrũ ꝛ mouentur humores effumantes ad caput in mẽbro mandante. Et per paroxismos intellige tẽpora qbus affligitur cerebrũ dolore. Et duo super hoc ponit hic exempla. Primũ est dolor capitis a cõmunitate stomachi cũ cerebro ꝓpter humores vel colericos vel melãcolicos vel phlegmaticos qui prodice stomacho adueniũt: vel quotidie vel de quarto in quartũ vel de tertio in tertiuz diem. Secundũ est: dolor qui capiti aduenit cũ periodis inuãsionis vel in cremẽti putridaꝫ febriũ ꝛ remittit vel pro hora cessat febre euanescente.

Et soda quidem diuiditur.

¶ In tertia parte ꝓmo diuidit dolorem capitis penes causas eius hac diuisione. Dolorũ capitis alius est cuius causa est aliqua de primitiuis seu extrinsecis causis: alius est cuius causa est antecedens humoralis iam collecta in mẽbro sicut in capite vel in membro alio quod sibi cõmunicat. Et sit mansiuus huiusmodi dolor non cito preteriens: ꝛ ipse permanet propter causam eius interius detẽtam. Exemplũ primi est dolor qui prouenit ex ebrietate vel ex potu vini fortis ꝛ fumosi. Nam dũ perseuerat dolor ebrietatis ꝛ nõ fit fixus ꝛ habituatus propter fixionẽ seu permanentiã cause augmenti eius: imo adhuc dependet ab ebrietate ipse generatur ab hac causa mobili dicta primitiua. Aliud exemplũ doloris huius est dolor prouenies ex comestione rei vaporose calefacientis sicut allioruz: ceparũ: pororũ. Exempluz secundi est dolor ex colera cõtenta in cerebro vel in mẽbro alio quod sibi cõmunicat: vel dolor ab alio dependẽs humore. Et causa antecedẽs hic extenso noie sub se cõprehendit causam cõiunctaz effectui proximaz. Secũdo dicit ꝙ quãdoqz soda seu dolor capitis est accidẽs morbi puta male cõplexionis ꝛ actio lesa ex toto genere cõtra naturã: ꝛ describi solet ꝙ est sensus rei cõtrarie. Et dicit accidens quãdiu dependet ab ipsius causa. Et quãdoqz postea fit egritudo propria ꝛ per se: quãdo videlicet est in mẽbro fixus ꝛ indepẽdens sic ꝙ ipse permanet remotis causis ꝛ qualiter hoc sit tã declarauimus primi secũda doctrina pria capitulo primo super paragrapho illo. Et plurimũ etiã ipsuz accidens fit egritudo: quẽadmodũ dolor capitis qui ex febre accidit: cũ quandoqz figit ꝛ tãdiu fit mansiuus donec fiat egritudo. Tertio dicit ꝙ cuz dolor capitis manet egritudo post febres acutas: sicut causonicas ꝛ tertianas indeficiẽtes: ꝛ febres

De partibus

a ¶ Et soda.

synochas portendit ꝛ nũciat egritudines aliquas cerebro venturas: ꝛ significat defectũ nature seu virtutis debilitatez que non valuit perfecte expellere, materiaz peccantem: neqz per fluxũ sanguinis nariũ: neqz per sudorez: neqz per fluxũ ventris: neqz alio modo: sed pars eius mansit in cerebro latitans abeunte febre que ꝛ dolorem facit ꝛ cerebro nũciat adventurũ morbum caliduz aut frigidũ ſm ꝙ ipsa est. Quarto dicit ꝙ et egritudinibus idest doloribus qui facti sunt morbi: quidaz subetb nunciant seu somnũ profunduz: alij apoplexiam: alij demoniũ seu maniaz lupinam: alij molitiez idest paralysim: alij surditatem ſm humorũ diuersitates in substantijs suis ꝛ ipsoruz motibus qui dolores faciunt firos et mansiuos. Nam si grossi fuerint frigidi ꝛ humidi ꝛ organum sensus cõmunis occupent: generabunt subetb. Et si tanti fuerint ꝛ ita grossi ꝙ omnes cerebri meatus oppilent perducent dolentem ad apoplexiam. Quod si grossi fuerint aridi ꝛ adusti declinantes ad medium ventrez generabunt maniam. Et si grossi fuerint viscosi ꝛ humidi declinantes ad nuche initiuz facient paralysim. Et si declinent ad organum auditus surditatem facient.

Soda quoqz diuiditur.

¶ In hac quarta parte ꝓmittit ꝙ soda seu dolor capitis diuiditur aliter scõm loca eius seu partes capitis quas affligens occupat. Et penes illas presumptio habetur de materia que facit dolorem: vt si fit anterius tunc presumptio est ꝙ est sanguinea: quia cõmuniter sanguis ꝛ spiritus plus illic abũdãt. Et si posterius ꝙ est phlegmatica: quia innatus calor est ibi debilior. Et si in dextra parte ꝙ est colerica propter cisti fellis que sibi subiecta est. Et si in sinistra sit ꝙ est melancolica propterea ꝙ splen sibi subiectus est in directo situ. Sed ista indicia nõ sunt bene certa nec eis medicus acquiescere debet: sed alia signa cõsiderare. Cõsequenter tangit quatuor modos soda seu doloris capitis penes partem capitis cui dolor insidet. Primus est dolor alteruz laterũ capitis occupãs vt dextrũ aut sinistrũ. Et si dolor iste sit inueterat⁹ ꝛ cõsuetus appellari solet emigranea ab emi greco ꝙ mediũ sonat latino sermone ꝛ craneo: q̃si mediũ cranei ledẽs ꝛ occupãs. Et de ipsa tractat infra spãliter capitis. xxxvij. ꝛ. xxxviij. pũctis tra. Secũs est dolor posterioris ptis cule capitis quẽ voca si vis occipitralẽ. Tertius est dolor ptis anterioris qui sincipitalis notari põt. Quartus est dolor totũ caput occupãs qui si mãsuus sit ꝛ ꝓsuetudinarius ꝛ inseparabilis ouũ ꝛ nux di. Ouũ gdez ꝙ sic fingitur totũ caput cui inest ſm figuram ouo illi armoꝫ qõ sup totũ caput cõprehẽdit. s. cassidi huuete aut galee: vnde ꝛ dolorẽ huic qdaz passionẽ galeatã vocãt: alij cephaleã. Vñ Jan. cephalea grece akefali qõ ẽ caput est dolor capiti chronicus ꝛ pessimus parat⁹ incitari a q̃libet causa vt ait Alex. ca. de ea. Et vocat ingt ab Aui. ouũ ꝛ galea. Aliquãdo tñ pro quolibet dolore capiti accipit ꝛ per k meli⁹ scribit ſm grecos: hec ille. Nux [illegible] di qꝛ caput cui inest rotũduz oblõgũ est sicuti grossa nux. Sed cephalgia que grece di kefalagia differt ab ouo siue cephalea teste oribasio q: ia est dolor capitis cito resolubilis ꝛ recẽter factus: sicut ille qui fit ex estu extrinseco vel ebrietate vel esu alliorum.

Et soda

a ¶Et soda. ¶Hec est ḡrta ps in qua ponit diuersitas sode ex pte gra
duū: qr vel est fortī vel debilis: vel media: fortis vt qñq; in puero tenero
pp multā attractionē mācr sepat ossa: debilis soda est lethargia cui⁹ mā
est ḡssa viscosa in suba cerebri: vñ nō faciet dolorē fortē. Soda ēt debilis
quedā est ptinua siue insepabilis: r ḡdā sepabilis. r debilis ēt est: qr cā fa
cies soda imprimit in quodā r in quodā nō: r in sūma cerebrū a ceteris q̄ibz
cā patit. Et si debilitet
i. si sit debilis: ppter duas
cās. s. pp debilitatē r for
titudinē siue acuitatē sen
sus. s. suar pellicular: de
bilitas fit a mala cōpōne: r
iz sint alie cāe tū ex
pressit de ista sicut de cā:
que pus facit debilitatē.
b ¶Et item. ¶Hec est
qnta ps in qua ponit ali
am diuersitatē in soda ex
pte accītiū r puatōis eo
ruz. Et pro facit hoc. Po
nit cañ. quendā. ibi Fa
¶Et scias. ¶Lōsiderādū
q̄ accīs simit hic large
pro quocūq; pñte: etiā si
fit egritudo ppe dicta: vl
accīs ppe dictū: imo for
san soda nō pducit ad ac
tidentia alia: nisi media
te egritudine.
c ¶Et scias. ¶Lōside
rādū q̄ soda tpalis. i. cro
nica: nō fit nisi a cāis per
mānentibus. Iste aūt sūt ma
xime: r vt plimuz ille q̄s
A. dic. Dicit ēt r est illō
Leuēt⁹ sode tpalis ab istis

Jacobus Et soda etiā

¶In hac. v. pte pmo in
nuit hanc diuisionē soda
seu doloris capitis q̄ do
lor capitis: alius est for
tis sicut ille qui fit ex hu
moribz vel fumis acutis
colicis calis: ali⁹ debilis
sicut ille q̄ fit ex hūoribus vel vaporib⁹ fridis phlaticis: alius medi⁹ sicut
ille qui fit ex sanguine plurimo vel ex multitudie vapor ipsius. Et id sic
declarat. Nam dolorū capitis quidā adeo fortis r vehemens est vt ab
inuicē separet ossa sincipitis infantis habētis ossa adhuc lenia tenera et
mollia quādo ipsis obuiat ita vt dirūpat cōmissuraz ipsius. Alius remis
sus r debilis est vt in lethargia: vel quia materia humida est r hebes: vl
qa capitis sensus sopitus est r quasi obdormiscens. Et per hos dolores
qui sunt extremi medii intellige. Secūdo subdiuidit soda debilē in inse
parabilez que incessanter affligit ex perseuerantia sue ppie cause sine in
termissione r inseparabilē siue interpolataz que per interualla capiti su
peruenit: qa causa ipsius interrupte occurrit capitis partibus sicut sepe
accidit in interpolatis febribus. Tertio dat princeps quatuor canones
super aptitudine vel ineptitudine patiēdi soda a debili causa. Primus
est: illa soda cuius causa debilis est aliqbus accidit: sicut habētibus natu
raliter raruz r debile cerebrū vel acuti sensus: alijs non accidit nisi a for
ti causa: sicut habētibus econtrario cerebruz dispositum puta forte spis
sum. Secūdus est: soda a causa debili accidit illi cuius cerebri sensus est
fortis acutus: quia statim percipit omne q̄d cōtristat quāuis debile sit: si
cut vapor modicus aut modicus fumus: r non illi accidit cuius sensus ce
rebri est debilis r hebes: quia talis sensus non precipit se ledi ab occurr
rētibus nisi ipsa fuerint ex contristātibus fortium virtutū. ¶Et circa id
attēde q̄ sicut quorūdaz visus vel auditus adeo acutus est vt minuta vi
sibilia similia atomis vel demississimos sonos pcipiat vltra cōmunē ho
minū valentiā in sensibus istis sic quādoq; accidit in sensu cerebri forti
tudo talis q̄ omne contristās r si debile sit facillime sentit. Et hec forti
tudo non est illa proprie vera moderata que tēperamentū cerebri sequi
tur: sed acumē sensus quod potius sequit siccitatez cerebri et raritatem
eius r subtilitatē animalis spiritus. Tertius est: vniuersaliter ois ille est
aptus vt recipiat soda r debilitetur a quacūq; causa faciente soda debi
li vel forti vel media inter has: cuius sensus cerebri fortis seu acutus est
facile enim percipit omne cōtristās. Quartus est: oīno due sunt cause pn
cipales propter quas cerebruz velociter recipit facientia soda r facile le
ditur a qualibet causa quāuis sit debilis. Primū est debilitas ipsius ce
rebri solita cōsequi maliciam cōplexionis: vt declaratū est in vniuersali
bus videlicet cap. ix. prioris tractatus illa parte. Significationes ?o ve
locitatis passionuz ?c. Nō tamē quelibet cerebri debilitas vel mala cōple
xio causa est velociter recipiēdi facientia soda: sed debilitas sequēs ma
liciā cōplexionis calide r ficce rarificātis subam cerebri r acutis sensuz
eius. Scōm est fortitudo sensus cerebri qua facile r cito ledentia pcipit
q̄uis ipsa sint exigue virtutis.

Et iterum soda.

¶In hac sexta parte primo diuidit soda
seu dolorez capitis diuisione hac trimē
bri: doloruz capitis alius est sine malis accidētibus vt sine apostemate r
alienatione mentis: alius perducit ad accidētia mala ppria partibus ca
pitis: vt ad apostema cerebri vel alienationē mentis vel insomnietatez:
alius perducit ad accidētia mala nō capiti propa sed peruenientia ad alia

Fen.I.tertii.

ceīs: qō plurimū est: qr qñq; pōt fieri a colera: vt infra appebit in suo ca.
d ¶Et soda. ¶Hec est sexta ps in qua ponit diuersitatē in soda ex pte
mācī. ¶Lōsiderādū q̄ salua itelligit facilis cure: nō salua itelligit difficilis
cure: pp cōplicationē. Lōsiderādū ?o q̄ reumatismus ?iūct⁹ cū soda
facit cure difficultatē, ppe cū localib⁹: si. n. vteris calis eligit mām: si fri
gidis exp̄munt illā: r iō suspectū est vti illis in reumatismo itrinseco: vn
de lra exterior: reumatis
mus interior: qa si eēt ex
terior. s. ad nasum nō eēt
suspectū: r forsan est ser
mo de reumatismo ex de
bilitate substātie cerebri
de quo scribit fen. x. trac.
primo penulti. ca.
e ¶Soda quoq;.] ¶Hec est alia ps in qua
ponit diuisio sode ex pte
modi euēt⁹: q̄dā. n. aduc
nit subito sano hoi: q̄daz
accidit homini egro hūti
apata vel labores. i. alis
egritudies in quo nō mi
ramur neq; sic vt ignota
causa fiē si accidit homi
ni sano r forti.
f ¶Et ex corporibus.] ¶Hec est pars. viij. in q̄
ponit diuersitatē in soda
ex pte pparatiōis corpo
rū: quedā enīz nō sunt p
parata: r quedā pparata
vt hūtia caput debile et
nutritiua: qr pp debilita
tez stomachi generat va
por effundens. i. existens
signum effusionis.

De partib⁹

membra. Et istud declarat duobus exēplis. Primum est: si lesio et nocumentū r apostematio cō sequentes dolorez capitis perueniāt ad radices neruorū vt ad nuche initiuz: r inde ꝓueniat spasmus aut paralysis. Secūdū est: si pars materie facientis soda vel mote per eam cadat in stomachū r illic efficiat casum appetitus r singultuz de repletione r nauseam r debilitatem prime digestionis r similia sicuti dolorez r lubricitatem stomachi vel cardiatam passionem ex cōpassione cordis ad orificium stomachi. Secundo notat hic esse quatuor causas soda temporalis seu doloris capitis chronici et manſiui qui dictus est ouum si totū occupet: r emigranea si solaz detinet dextram vel finistraz capitis partem. Prima est phlegma grossum cerebro imbibituz vix resolubile suis grossicie r viscositate. Secunda est terrestris grossa melancholia cerebro infiltrata vix resolubilis sua grossicie. Tertia est naturalis aut cōsuetudinaria cerebri debilitas qua facile lditur a qbusuis causis doloris capitis r debiles sint. Quarta est apostema quod cerebro infixū indurari incipit vel iam induratuz est. Et ista est causa que sepius efficit soda temporalez quasi insanabilē r perduratu ram tota hominis vita. Facilius enim medulla cerebri resolueretur q̄z huius materia.

Et soda quidem.

¶In hac septima parte primo innuit
hanc diuisionē q̄ dolorū capitis r om
niū aliorū morborū: alius est saluus: alius nō saluus. Secūdo dicit q̄ so
da salua est cui nō permiscetur morbus vel accidēs quod diuersificet et
prohibeat regimē r curā sibi necessarias in semetipsa. Et cōsimiliter om
nis egritudo salua dici potest cui nil coassistit quod eius regimen r curaz
prohibet vel diuersificat. Solet tamen vulgus illas egritudines saluas
appellare quaruz terminus est solita sanitas: r nō saluas illas quarū ter
minus est lāguor egri vel mors. Tertio dicit q̄ nō salua soda est illa que
habet sociū. s. syntoma vel aliquē morbū cui necessario intēdere oportet
Et forte cohibet imutare regimē soda necessariū: vt si cōplicentur soda
r reumatismus r soda fuerit de causa calida: tunc regimē frigidū r intus
r extra: soda cōuenit: sed reumatismus ab illo prohibet: nā calida exigit
vt digeratur eius materia.

Soda quoq;.

¶In hac octaua parte diuidit aliter dolorē
capitis sic q̄ alius est qui quasi subito super
uenit sano nulla preoccupato tūc egritudine: sicut dolor accidēs ex ebrie
tate: vel esu alliorū: vel statione in sole: alius accidit habēti apostema vel
laboranti alia egritudine: vel fatigato aliqua lassitudinis specie. Et pmo
dolori succurre sufficit elōgando causam que dolorē intulit. In scdo ?o
preintēdere oportet morbo qui prefuit vel laboribus aut lāguori illius
qui dolorē patitur: nisi dolor ille sit talis r tantus q̄ compellat medicuz
preintendere sibi.

Et ex corporibus.

¶In hac. ix. pte dicit pmo q̄ corpa
q̄dā pparatiora sunt alijs ad suscipiē
dū dolorē capitis. Et hoc ꝓuenit ex indispōne suoz mēbroz vel nāli vel
acquisita r recipiētiū superfluitates q̄z q̄ntium r trāsmittētiū ad supiora
vsus cerebrū. Scdo dicit q̄ corpa talr pparata ad soda sunt illa que sunt
debiliū capitā: r quoz mēbra nālia dicta digestiua vt stōus r epar sint
debilia r pcipue debilitate que ꝓuenit ex eoz renuitate r ex raritate sue
ꝓtexture sicut in cholericis vehemēter macris r denudatis carne r pin-

a ¶Humores cholericos. ¶Cõsiderãdũ q̃ in stõ debili ex cibis fit eua poratio q̃ est signũ debilitatis stõi: ⁊ debilitas est cã receptõis cholere ⁊ alioꝝ malox hũox: sed expisit plus de colera: q: freq̃nti⁹ effundit: illa ãt colera est cã dolori scapiti: cũ caput sit debile: ⁊ nõ solũ colera sed ẽt va pores: ⁊ iõ lra exterior dicit. Et fit soda. s. a vaporib⁹ ⁊ humorib⁹: posse mus etiã imaginari: q̃ vapor malus in stõ gñatus eẽt cã effusiõis colere ad stõm: ledẽdo stõm.

b ¶Et itex. ¶Hec est ix. ps in qua ponit diuersitatẽ in soda ex pte q̃rũ dã rerũ extrinsecaꝝ. Et ꝑmo facit b. ꝓ remouet dubiũ. ibi ꝓa [Uerũtñ] In ꝑma pte dicit q̃ i receptis. i. in medicis que recipiunt cõiter sunt ⁊c. ⁊ vult q̃ aromatica faci unt capiti grauedinẽ: vt Hyp. iiij. ptic. apho. ⁊ cã est q: caput replẽt vapo ribus vt .Mes. ca. de soda. Et hic nota q̃ ẽ dare aromatica frigida: cuius ꝯriũ scribit ꝓ alimẽtox ca. de iunipero.

c ¶Uerũtñ. ¶Quia dicit q̃ soda fit a rebus aromaticis: iaz crederet aliq̃: q̃ aromata semp nocerẽt: ⁊ facerẽt illam: vult oñdẽ q̃ q̃q̃ iuuãt ⁊ curãt vt ſ soda ꝓueniat ab aromaticis calidis et succedãt frigida tunc curãt: ⁊ etiam econtra.

¶Cõsiderãdum q̃ littera que dicit: cuz autez potest dupliciter exponi. ꝑmo q̃ velit: q̃ ſ aromatica faciũt dolorẽ multitudine suox vapox: q̃ ſ succedãt non ꝓpea curãt: q: omne aromaticũ est vaporosuz ⁊ repletiuũ: sed ſ faciãt sodã ꝓp malaz cõplexionẽ: tũc ſ ſibi ipſis succedãt: ⁊ ſicut ꝯria curãt. Alio mõ põt intelligi q̃ ſ dolor capitis: sit a mala cõplone aroma tica, ꝓsunt: sed ſ fiũt ex multa mã repletionali: tũc aromatica nocẽt: q: il lã mãm dilatãt ⁊ cõmouẽt: vt vꝫ ſuſa .Mes. vñ dicit. ⁊ q̃ canon est nõ de bere ꝓferre aromata apõ repletionẽ. Mã post mũdificationẽ ꝓfortat ⁊ ca lefacit: ⁊ residuũ sode remouet. Ar. in de sensu ⁊ ſato vꝫ sentire q̃ odor nutribilis grauet cerebrũ: ſz odor vt odor. s. reiut odorabilis tñ ꝓfortat.

d ¶Et soda. ¶Hec est pars. x. ſ qua ponit diuersitatẽ sode ex pte diuer sitatis tẽpox ⁊ dicit duo. ꝑmo q̃ soda ex hũoribus fridis q̃q̃ multipli catꝫ in hyeme ꝓstricta. i. ꝓpter ꝓstrictionẽ ⁊ materiex retẽtionẽ: ⁊ hoc est qõ apparet in ꝓstrictione: quã statim ponet: dixit aũt ꝓstricta q: soda eli quata. i. per eliquationẽ posset multiplicari etiã in estate: quẽadmoduz q̃ dã dolores ex phlate eliquato: vt ꝓ de diis fe. vj. c. dixit aũt q̃q̃ vꝫ cũ hyems seruat nãm suã: q: ſ hyems est calida: nõ ꝓtingeret: vel dixit qa

Jacobus

guedine quapropter in eis vapores ⁊ fumi multiplicantur ⁊ effundũtur ad eorum stomachos humores cholerici facientes soda: quoniam cere brum debile existens facile hos suscipit ⁊ ab his leditur.

Et iterum. ¶In hac. x. pte agit de receptis per os faciẽtib⁹ so da dans tres canones sup hox cognitiõe. ¶Primus est: quedã de receptis per os ex cibis ⁊ potibus ⁊ medicinis efficiũt soda. Ex cibis quidẽ sicut cepe porri allia: ex potibus vo sicut nectar ypocras ⁊ vina fortia: ⁊ ex medicinis apiũ ⁊ eruca. Et ista notata sunt. ij. cañ. capitulis ꝓprijs de medicinis singularib⁹ in tabulis. s. ita ititulatis: mẽbra capitis respicit ⁊c. Scõs est: oia aleſeginati. i. spẽs cogne gbus ꝓdiunt ci baria vt piper zinziber ⁊ filia faciũt soda ⁊ ꝓprie cassia lignea ⁊ costus et zafranũ. i. crocus ⁊ cinamomũ ⁊ amoniũ: q: sua forti caliditate effuma re faciũt cibaria ⁊ potus abũde ad cerebrũ: vnde replent caput fumis et vaporibus coopante ad id ipsox aromaticitate. Tertius est: oia aromati ca faciũt soda ⁊ ore sumpta intus ⁊ exterius adhibita per modũ odora / mẽtox precipue in debili ⁊ raro ⁊ calido cerebro vehemẽtis sensus pro pter multitudinẽ sue euaporatiõis ad cerebrũ. ¶Sed q: nõ in omni ho ra nec in omni cerebro efficiunt soda tres adiũgit regulas modificatiuas istius canonis. Prima est aromatica quãdoq̃ sedãt ⁊ expellũt soda: q̃ succedunt siue administrank post soda introductã ab aliqua causa que ca piti nocet ⁊ dolere hoc facit a caliditate sui vaporis ⁊ succedit ei tãquã medicina suaue aromaticũ quod cerebro reddit vaporẽ frigiduz: vt ſ qs doleat caput aut cerebrũ ex vapore acuto fortis vini calidi iuuatur odo re rosarũ camphore vel violarũ. Secũda est ſ caput doleat ab aliquo fri gido ledẽte potius qualitate frigoris q̃ multitudine vapox aut humox expellitur dolor aut mitigak successione calidi aromatis vt odore muſci vel ambre grisie. Et hãc intelligit per istã clausulam aut ecõuerso. Tertia est: q̃ caput dolet ⁊ leditur cerebrũ nõ qualitate sola humox aut va pox: sed q̃ztitate etiã seu multitudine qua distendit: tũc successio vel ad ministratio rerũ flagrantiũ siue aromaticarũ obest ⁊ nõ prodest: quia re plent cerebrũ latius q̃ ante suis fumalibus euaporationibus ⁊ inde aug mentatur causa doloris.

Et soda. ¶In hac. xj. parte dicit ꝑmo q̃ frigidus dolor capitis ꝓstrictus multiplicak q̃q̃ in hyeme. Et intellige p do lorẽ frigidũ illuz qui ꝓcedit a frigida cã vel frigido humore. Et per ꝓstri ctũ illũ qui ꝓcedit ex oppilatione porox cutis ⁊ ꝓstrictiõe fumox ⁊ vapo rũ ⁊ humiditatũ a frigore intẽso. Sepe igitur hyems sua frigiditate mul tiplicat soda nisi bñ caput ꝓtra frigus eius assidue tegak sufficiẽti cooptu ra. Scõo dicit q̃ ſ estas fuerit septẽtrionalis paucarũ pluuiarum ⁊ autũ nus seq̃ns meridionalis ⁊ pluuiosus fit: multiplicabit dolor capitis in se quẽti hyeme. Juxta illud Hyppo. apho. iij. apho. xiiij. Si ꝓo estas fic frigus hyemis q̃q̃ posset ꝑmere illos humores ⁊ expellẽ a capite ꝓm q̃ dixit apho. xiiij. tertie ptice: qui dicit. Si vo estas ficca ⁊ borealis fiat autũnus pluuiosus ⁊ australis sit capitis dolores ⁊c. ⁊ scribit ꝑma pro bleu. pble. x. Ratio est q: humiditas in autũno in capitibus multiplicata a frigore hyemis ꝓstringit: vnde capitis dolores fiũt: vt Cõmẽta. ibidẽ.

e ¶Soda vo. ¶Hic ponit quoslda cañ. ⁊ ꝓsidera plurimũ. i. multotiẽs siue q̃q̃: ⁊ nõ dz intelli gi plurimũ. i. vtplurimũ q: plus q̃ ab alijs cau sis: q: nõ est vex: sed quã doq̃ ꝓtingit q̃ fraudulẽ ti vapores per arterias delati vadũt ad caput: il li aũt pñt esse a cã intrin seca ⁊ a causa extrinseca Sed tu. d. imo deberent ire ad cor. ¶Dicẽduz q̃ vtrũq̃ est ꝓtingẽs: ⁊ ali quãdo cor est forte: cere brũ debile: ⁊ posset dici etiã q̃ vapores ab iferio re siue stomacho siue al terius mẽbri plus ferantur per arterias.

¶De soda facta ex malicia cõplexionis. Laꝑ. ij.

f **Fferamus** itaq̃ ser moné ex ponentem vnam quamq̃ harum summaruz. ¶Et hec est distinctio pri ma. Dicamus ergo: cõplexionalis qui dem summa est: quoniam a complexio ne calida: ⁊ a complexione frigida: et a complexione sicca quandoq̃ contingit dolor ꝑm q̃ sciuisti in principijs vniuer salibus: quãuis sit dispositio in comple xione sicca ꝑm q̃ sciuisti parum faciens dolorem. Et complexio quidem humi da: ꝑm q̃ est cõplexio humida non effi

a **Fferamus** itaq̃ ⁊. ¶Supius de terminauit de speciebus sode ⁊ modis ⁊ causis in generali. Hic determiat de soda in spãli quantuz ad ꝓdicta. Et ꝑmo ꝑmit tit q̃ intẽdit. ꝓ exeqtur. ibi ꝓa [Et hoc est] ¶Cõsiderandũ circa primã parte modũ loq̃ndi Aui. qui dicit vnamquãq̃ harũ sũmarũ: ⁊ non dicit vnãquãq̃ harũ diuisionũ q: sic faciet: vt apparebit cũ exeq̃ndo dicit.

g ¶Et hec est. ¶Hic exequit in speciali declarãdo vnãquãq̃ ꝑmissaꝝ sũmarũ. Reducit aũt gñaliter ꝓcedens capitulũ ad duas sũmas videliz ad sũmã ꝑmonis generalis de soda quãtũ ad cãs: ⁊ hãc sũmã primo de clarat ⁊ exponit: ⁊ ad sũmã generalis ꝑmonis de soda quãtũ ad modum existẽdi: scilz per sevel per cõitatẽ: ⁊ hanc sũmã. scõo exponit vel declarat ibi [Soda facta per cõitatez.] ¶Prima in. d. primo determinat de soda: quantũ ad vnãquãq̃ causarũ ꝓductaruz: in hoc declarãs cãs primitiuas ⁊ etiã aũtes. ꝓ determinat de soda quãtũ ad modũ puẽtus eius a causis mãlibus: ⁊ hoc q: quedã dictarũ causarũ pendẽt ex materijs. ibi ꝓa [Di cimus q̃ materie] ¶Prima in tres. sicut tres ponebant cause ꝓducte sode. primo ergo determinat de soda facta a mala cõplexione. secũdo a soluta cõtinuitate. tertio ab aggregatione ambox simul. s. apostemate. ibi secũ da [Cõtinuitatis solutio] ibi tertia [Apa.] ¶Prima in. d. primo ostẽdit modũ prouẽtus sode a malis cõplexiõibus. secũdo ponit causas illaꝝ ma

Be partibus

larum ca ⁊ borealis fuerit autũnus ꝓ o pluuiosus ⁊ australis capitis dolores in hyeme bract corize ⁊ tusses gbusdã ꝓ o ⁊ ptisis. Et Gal. in cõmẽ. ait. Quia eniz estas frigida fuit ⁊ ficca: ⁊ autũnus pluuiosus ⁊ australis ne cesse est nõ morbos festinare: q: humiditas autũni siccitatez estatis miti gauit. Sed tñ q: in eadẽ qualitate humiditatis autũnus totus perseuera uit: nãliter humidis: plenitudines humox in capite necesse est nasci qui sunt causa hox accũtiuz: hec ille. Per estatẽ igit septẽtrionalẽ intelligas illã in qua multiplicant venti septẽtrionales vel que declinat ad frigidũ ⁊ siccũ. Et per autũnuz meridionalẽ illũ in quo vẽti meridionales multi plicant vel qui declinat ad caliditatẽ ⁊ humiditatẽ. Et vltra intelligas q̃ sermo ꝑsens maxime verificatur in humidis natura.

Soda vero. ¶In hac. xij. pte dicit soda sepe fieri per vapo res fraudulẽtos quos capiti afferunt arterie a corde ad ipsum ascẽdẽtes. Et per fraudulẽtos vapores intelligit cholericos acutos aut aduſtos melicos qui fraudãt cerebrũ ꝓperantia ⁊ pu ritate spũs vitalis ꝓturbãtes ipm atq̃ inflãmãtes: ꝓpterea qdã medico rũ vetex in doloribus veteribus capitis ex sanguine subtili arterioso ⁊ va poribus eius ꝓsulũt incidere vel cauterizare arterias tempox.

¶De soda facta ex malicia complexionis. Laꝑ. ij.

Fferamus itaq̃. ¶In hoc. c. ꝑmo agit de cõ plexionibus tã simplicib⁹ q̃ cõpositꝫ que soda fiũt. Scõo de causis caltde cõplonis soda fa cietis: ibi [Et cõplonis qdẽ calide] Tertio de causis fridis: ibi

a [Et cause qdem] Quarto de causis sicci: ibi [Et cause ficce.]

¶In. i. pte ꝑmittit intẽtũ dicẽs. Afferamus itaq̃ post vniuersales de so da ꝑmones: ꝑmonẽ exponentẽ vnãquãq̃ harꝫ sũmarꝫ. i. causarꝫ soda spãliũ. Et hec est distinctio ꝑma. i. lra capli istius distinguit ⁊ diuidit primã cãm soda que est mala cõplexio diuersa capitis. Hoc ꝑmisso dat. iiij. ca nones sup malis capitis cõplonibus soda faciẽtibus. Primus est: sũma cõplexionalis. i. male cõplonis diuerse capitis sic se hz q̃ a tribus simpli cibus cõplexionib⁹ malis capitis põt ꝓcedẽ soda: vt a calida tñ: ⁊ a frigi da tñ: ⁊ a sicca tñ: sicut passertũ est in ꝑncipijs vniuersalibus. s. ꝑmi scõa doctr. ij. sum. ij. c. xix. Uerũtñ in cõplexione sicca tñ dispositio talis est q̃ nõ facit dolorẽ nisi parũ qñ siccitas est qualitas passiua. Et q: ca. nũc al legato satis discussimus de causis doloris hic breuiter transimus. Scõs est: cõplexio humida ꝑm q̃ humida nõ efficit dolorez: qñ hũiditas adco passiua est ⁊ hebes qualitas q̃ sola nõ sufficit ꝓtristare sensum vel induce re sensum rei contrarie nisi materia de humidis existens sibi fit adiuncta vel eam associet faciẽs dolorez soluendo cõtinuũ sua distensione vel suo vapore vel sua ventositate. Tertius est cõplexio calida ⁊ ficca ⁊ comple xio frigida ⁊ ficca faciunt dolorẽ triplici modo. ꝑmo quidẽ calida sua ca

liditate

larum cõplexionuz. ibi secũda. ¶ Et cõplexionis. ¶ Prima in duas. primo ostẽdit modũ prouẽtus sode a malis cõplexionibus simplicibus. secũdo a cõpositis. ibi secũda. ¶ Et calida quidẽ. ¶ Cõsiderandũ q̃ siccũ ꝛ humidũ possunt cõparari ad calidũ: ꝛ ad frigidũ: ꝛ vt sic nõ faciunt dolorẽ vt ille q̃litates: ꝛ hoc q: ille sunt passiue: ꝛ paruz trãsmutantes. Alio mõ possunt cõparari inter se: ꝛ vt sic siccũ respectu humidi est causa doloris: qz habet plus de virtute actiua: ergo humiditas q: est parũ actiua nõ faciet dolorẽ nisi per accidens: scilz ꝓpter materiã ꝛ ventositatem ꝛ vaporem.

a ¶ Et calida. ¶ Sed diceres tu. quare nõ dixit hic in q̃litatibus simplicibus: scilicz q̃ faciũt dolorẽ soluẽdo ꝓtinuũ. ¶ Dicendũ q̃ facere dolorẽ per viam solutionis ꝓtinuitati est a qualitati b̃ multũ actiuis: qñ aũt q̃litas aliq̃ de p̃mis actiuis multũ augetur: non stat simplex vt plurimũ: sed associat sibi passiuaz qualitatẽ. ¶ Cõsiderandũ q̃ caliduz disgregando soluit ꝓtinuũ: ꝛ frigidũ congregando: siccũ vo scindendo. ¶ priuatiue humidi cõtinuatiui: ꝛ ideo iste tres qualitates faciunt dolorẽ per alterationẽ: ꝛ per solutionẽ continuitatis. Si ergo cõponat calidũ ꝛ siccuz: ꝛ frigidũ ꝛ siccũ: tunc fit dolor vupliciter vt iam dictũ est: qđ non cõuenit de calido ꝛ humido ꝛ frigido ꝛ humido: q: nõ nisi vt calida faciũt dolorẽ: ꝛ vt frigida: sed vt humida nõ nisi per accidẽs. Sed diceres tu nõne facient dolorẽ soluendo ꝓtinuũ. ¶ Dicendũ q̃ sic: ꝛ q̃ dedit intelligi. Vel dicendũ q̃ calidũ ꝛ frigidũ ꝓiũcta sicco sunt magis actiua ꝛ motiua: q̃ cõiuncta humido: ꝛ ideo magis soluunt continuum illo modo.

b ¶ Et cõplexionis. ¶ Hic ponit causas harũ malarũ cõplexionũ. ꝛ primo calide. secũdo frigide. tertio ficce: nõ autẽ humide qualitatis causas dixit q: nõ facit dolorem: ꝛ q: intelligit ex oppositis causis. ibi sẽda. ¶ Et cause quidẽ. ibi tertia. ¶ Et cause ficce. ¶ Ad primo dicit patet: nisi illud

cit dolorem nisi illic fit materia humida faciens dolorẽ ex parte euaporationis aut euentus ventositatis facientis solutionez continuitatis. ¶ Et calida[a] quidem ꝛ sicca ꝛ frigida ꝛ sicca dolorez faciunt vtriszq̃ qualitatibus ꝛ faciũt etiaz dolorem motu soluente continuitatem. Calida vero ꝛ humida: ꝛ frigida ꝛ humida non faciũt dolorem nisi vnde sunt calide ꝛ frigide non vnde sunt humide nisi ꝑm modum predictum. ¶ Et complexionis[b] quidem calide causa aut est materia calida sanguinea: aut est cholerica aut est composita acuẽs inflãmans faciens qualitate sua impressionem aut est causa eius ventositas: aut vapor calidus aut est causa eius motus calefaciẽs corpalis: aut animalis ꝑm q̃ sciuisti ex diuisione eius in rebus vniuersalibus: aut eius est causa sicut obuiatio ignis: aut adustio solis: aut acceptio cibi calefaciẽtis aut medicie calefaciẽtis: aut vicinitas mẽbrorũ quoz cõmoditate. i. vtilitate iam calefactũ est. scilz cerebrũ. i. q: erat cõmodũ vicino mẽbro calefactio sicut aliqs calefacit sibi stomachũ cum rerũ calidarum sumptione ꝛ inuenit in hoc vtilitatẽ ꝛ posset ex hoc super calefieri in capite: ꝛ incurrere soda.

c ¶ Et cause patet.

d ¶ Et cause ficce. ¶ Hic ponit causas male cõplexionis ficce. ꝛ primo ꝑmittit quandã diuisionẽ ꝛ prosequitur. scdo vnũ mẽbrũ diuisionis subdiuidit. ibi scda. ¶ Et euantia. ¶ Primo innuit hãc diuisionẽ: q̃ causaz exiccantiũ quedaz sunt exiccantia exterius: quedaz iteriue: dico exterius q: extra ꝑmo occurrũt: vel magis occurrũt: dico interius q: magis intra occurrũt exterius aut resolutione et adustione ꝛc. aut ꝓuatione potus. Sz diceres tu quo abscisio potus est causa extra: cũ exiccatio sua sit itra. Dicendũ q̃ q: potus est aliquid ab extra: ideo eius priuatio: ponit exiccato ab extra: ꝛ forsan priuato potu ꝑus exteriora incipiũt exiccari q̃z iteriora. Vel potus. i. humiditas rorida q̃z exiccãt illa resoluẽtia: de q̃bus dixit ¶ Cõsiderandũ q̃ medicine rubificates hic summunt ꝓ q̃buscũq̃z medicis fortiter calis ꝛ siccis: siue nãlr sint tales vt euforbiũ siue accĩtaliꝛ vt

cinitas mẽbroz quoz cõitate vel cõmoditate iam calefactũ est. ¶ Et cãe[c] quidem complexionis frigide facientis soda sunt oppositeistis: quaruz numerus est apud te. ¶ Et cause sicce:[d] aut sunt desiccantia exterius resolutione ꝛ adustione sicut dies caniculares: ꝛ emplastra calida: aut rubedinem facientia naturaliter aut accĩtaliter subito ꝛ nõ subito phibẽtia cibuz penetrare ad caput ꝛ siccanẽ mẽbra ipsius primo aut ꝓpter abscisionẽ potus ꝛ resolutionem humiditatũ ꝑncipaliũ: aut desiccãtia interius resolutione sua: aut eũone eoz: aut q: eoz virtus est desiccatiua: aut q: nutrimẽtuz ex eis factũ est siccũ aut pauce humiditatis: aut vicinitas mẽbroz iam siccoz ꝛ ipsoz cõmunitas: ꝛ motus animales ꝛ corporei superflui desiccantes per semitam euacuationis ꝛ resolutionis. Et superfluus coitus ꝛ exuberatio et fluxus sanguinis ꝛ exercitium forte.

calefacte ad ignẽ sicut lapis vel ferrũ. Et ille medicie calide ꝑm potẽtiaz maiorẽ vel minorẽ pñt subito vel paulatiz imprimẽ: apparet igit̃ que sint desiccãtia exteri[a]. Interius aũt sunt res resoluẽtes vel resolones intrinsece vel eũones ꝛc. ꝛ mot[a] supple sunt de cãis exiccãtibus: ꝛ pñt eẽ cã eũonis manifeste: cũ ad mot[a] sequunt eũones sensate vt sudores vel fluxus: ꝛ pñt esse cã eũonis occulte per viam resolutiõis: ꝛ ideo dixit per semitã eũonis ꝛc. ꝛ ꝑm hãc expositionẽ nõ apparet ex Aui. q̃ motus sint de causis extra exiccantibus: neq̃ intra: tñ inquantũ sunt res nõ nãles pñt dici cause extra: sed inq̃tuz attingũt prius ad interiora: vt corpeus motus ad concatenationes ꝛ aialis ad cor dicuntur cause intra.

Jacobus

liditate que sensuz ꝓtristat: ꝛ frigida sua frigiditate. Secũdo ipse ambe sua ficcitate qua sensum faciunt rei cõtrarie. Tertio ipse ambe soluendo ꝓtinuuz. Nam calida ꝛ sicca disgregando soluit partes a partibus: ꝛ frigida ꝛ sicca congregando aliq̃s soluit ab aliis ꝛ interdũ findit aliq̃s partiuz: ꝛ gelu hyemale findit labia vel cortũ manuũ. Quartus est complexio calida ꝛ humida ꝛ cõplexio frigida ꝛ humida nõ faciũt dolorez nisi suo frigore vel suo calore quo ꝓtristant sensuz ꝛ nõ sufficiunt ipsum contristare nec dolorẽ facere sua humiditate nisi mõ dicto. s. si fiunt cuz materia humida soluẽte cõtinuum suo vapore vel sua vẽtositate vel dilatatione sue substantie sicut in phlegmonibus.

Et complexionis. ¶ In secũda assignat. viij. cãs calide complexiõis faciẽtis soda. Prima ẽ materia sanguinea calida vel cholerica: sub qua cõprehende cholericaz citrinaz ꝛ cholericã nigram ex adustiõe vel compositã ex his que massaz humoz inflãmat ꝛ acuit ꝛ in caput imprimit sua caliditate sensuz doloris. Secũnda causa est ventositas calida seu fumus calidus aut vapor calidus qualis sepe ad caput fertur in cholericis ꝛ tertianariis aut causonizantibus. Tertia est motus calefaciens corporis aut aie: corporis qdem vt in torneamẽtis ꝛ hastiludiis: aie vero vt in studijs ꝛ vehemẽtibus cõtemplatiõibus vt iam prescitũ est ex diuisione eius. s. cãe calefaciẽtis in reb[a] vniuersalibus. s. ꝑmi. ij. doc. ij. sum. ij. c. i. Vel ex diuisiõe eius. s. motus corporis aut aie primi. ij. doc. ij. sum. i. caplis. xij. ꝛ xiiij. Quarta est obuiatio ignis. i. capitis approximatio vel mora eius longa ꝓpe magnũ ignez quare supcalefit. Et sepe id practicant quedã mulieres que postq̃z lauerũt capillos suos forti lixiuio caput igni applicãt ad resudanduz vñ sepe incurrunt grauissimos dolores. Quinta est adustio sol. s. exponere caput soli ardenti: maxime si id fiat ꝑter solitũ. Naz laboratores ꝛ terre cultores in hoc assueti tpe messiũ minus patiunt. Sexta ẽ assumptio supcalefactentiũ ciboz vt pipatoz ꝛ alliatoz ꝛ cepulatoz qui caput ꝛ corpus supcalefaciunt suis vaporibus ꝛ fumis acutis: ꝛ qa generãt ꝛ multiplicant hũores cholericos vel sanguinẽ aduruũt aut cholerizant sub q̃bus intellige potus calidos: vt nectar ypocrate saluiatũ ꝛ enulatũ qđ vulgus galadũ vocat. Septima est acceptio medicinaz calefaciẽtiũ sicut sinapis: eruce nasturcij. Octaua est vicinitas aliquoz mẽbrorũ supcalefactoz: quoz cõitate seu colligantia iam caput aut cerebrũ supcalefactum est: vt si coz vel epar inflãmatum fuerit: caput inde cito supercalefiet per medium venarum aut arteriarum.

Et cause quidẽ. ¶ In. iij. dicit q̃ cause fride cõplonis cerebri aut capitis: vñ fit soda sunt oppositeuic dicti causis calide cõplonis faciẽtis soda quoz numerus apud te est ꝛ tibi cognit[a] ex his que dicta sunt in pte pori. Prima est humor frigidus vel phlaticus vel melicus vel cõmixt[a] ex his sua friditate caput infrigidans. Scda cã est frigida vẽtositas aut vapor fridus. Tertia est ges per quã sopit nãlis calor. Quarta frigus aque glaciei aut niuis obuiãs

capiti. Quinta frigus aeris vt gelu hyemale. Sexta susceptio frigidorũ ciboz vt lactuce portulace. Septima susceptio frigidaz medicinaruz: vt papaueris solatri. Octaua vicinitas seu colligantia frigidoz membroz vt frigidi stomachi vel frigidi epatis: sicut in hydropisi de frida cã: in q̃ inflãmatur vultus frigidis humoribus ab epate sibi cũ sanguine missis.

Et cause ficce. ¶ In quarta cõnumerat. xi. cãs male cõplexiõis ficce capitis faciẽtis soda: ꝛ filet ꝺ cause male cõplexionis ipsius humide: qa de seipsa non facit soda. Prima est desiccãtia foris occurrẽtia cerebro aut capiti q̃ desiccant cerebrũ vel resolutiõe vel adustiõe ꝓpriaz ipsius humiditatũ sicut aer feruidus canicularii dierũ: ꝛ emplastra calida capiti apposita vel rubificantia sicut sinapis fimus colũbinus euforbiũ allia: q̃ vel rubificãt nãliter ꝛ paulatiue sua vehemẽti potẽtiali vel virtuali calefactiõe vel accidẽtaliter: ꝛ q̃si subito suo vehemẽti actuali ardore: vt si feruẽs oleũ vel feruẽtez aquam capiti adhibeas vel ferrũ candẽs velut cauteriũ. Et ista phibent alimentum ꝓpriuz diffundi p caput ꝛ alere cerebrũ: trahunt. n. foras sanguinẽ ꝛ humores ꝛ ipsos ꝓsumunt ꝛ capitis partes primitus desiccant postea corrugant ꝛ desiccant eas. Secũda causa est abscisio potus seu nimia potus abstinẽtia ꝛ resolutio supflua principaliũ humiditatũ cerebri ex defectu potus ꝛ roralis humiditatis cuius ẽ prohibere incẽdi calorẽ supra suum humidũ. Tertia est desiccantia interius assumpta q̃ caput desiccãt altero triũ modoz. Primo qdem resoluẽdo ꝛ ꝓsumẽdo capitis humiditates: vt piper piretrũ. Scdo euacuando ipsa aliqua sensibili purgatiõe: sicut turbich colloqntida esula. Tertio generãdo nutrimẽtuz siccuz vel humiditatis pauce nõ sufficiẽtis humectare cerebrum ꝓpter victoriam mixte siccitatis sicut carnes macre salse cũ sinapio comeste. Quarta ẽ vicinitas mẽbroruz iam siccatoz ꝛ horum cõmunitas seu colligantia cuz cerebro vt cordis ꝛ epatis i febribus ethicis. Quinta est supfluus motus aiales vt ire frequẽtes tristitie timores ꝛ excessiui motus corporei: q̃ caput desiccant p semitam seu modũ euacuatõis quã excitant puta sudoris vel alterius ꝛ p semitã resolutõis insensibilis humiditatũ eius. Sexta est supfluus coitus in quo cerebrum vehemẽter patitur ꝛ euacuatur a suis spiritibus ꝛ humiditatibus taliter ꝛ intantũ q̃ vetez qdam determinauerũt a cerebro maxie spma descindi. Septima ẽ exuberatio seu supabundantia sudoris maxime i capite qua resoluunt eius humiditates vel exuberatio vrine: vt i dyabete qua desiccatur vniuersuz corpus ꝛ nõ solum cerebruz ꝓpter hoc q̃ potus ꝛ humiditas cibi fere tota defluunt p vias vrine: quare omnia mẽbra spoliata manẽt humido rorali. Octaua est fluxus sanguinis imoderatus maxime p nares quo prop̃riũ tollit alimentũ capitis quare desiccatur sicut herba aut arbor suo carẽs pabulo. Nona est exercitiũ forte ꝛ imoderatũ qđ sub causa quinta cõprehendi poterat puta sub motibus supfluis corpis: vel qđ hic di de exercitijs solitis intellige: ꝛ qđ ibi di de motibus fortibus nõ ꝓsuetis. Decima est euacuantia capitis humiditates que sunt triũ modoz. Nam quedã eua-

a ¶Et eũantia. ¶Hic distinguit modos eũonuz:ꝛ cõplet narrare cãs exiccãtes:ꝛ pz;ꝛ innuit ꝙ caput eũatur qñq eũone totꝫ:qñq eũone vni⁹ mẽbri:qz vna medicina appꝛopꝛiat vni mẽbro sine alio.v.g.purgando solũ stõm per aliquã medicinã posset exinde caput purgari:cuius illa medicina directe caput nõ aspexerit:qñq etiã caput eũatur eũone ppa sicut reumatismus ꝛc.his.n.multum fluẽtibus põt caput exiccari. Et ꝙsidera hic ꝙ eũones per gargarismata vocat eductiões: qz plus est eductio ꝙ agitatione et subtiliationes siue incisionẽ materierũ q̃s fit eũo per attractiões vt supꝛa dicebatur.

¶De speciebus soda facte pꝛopter solutionem continuitatis. Cap̃.iij.

b ¶Onti/

c nuitatis solo.

¶Hic determinat de spẽbus sode facte per solutionẽ ꝓtinuitatis.ꝛ primo distinguit spẽs solutionis ꝓtinuitatis:cuius ad subam.scõ ponit cãs solute ꝓtinuitatis ꝛ diuersitat⁹.tertio ponit quorũdam sniam: ibi ꝑa⌊ Et qñq; fit ⌋ibi tertia⌊ Quidã vo. ⌋In ꝑma parte dicit qõ solutio continui qñq; accidit in velaminibus cerebꝛi qñq; in substãtia ipsius ꝛ qñq; in venis eius ꝛ scinduntꝫ. Diceret qs quare fit hic mẽtio de solutiõe ꝓtinuitatis in substantia cerebꝛi:cũ illa nõ sit causa doloris. ¶Dicẽdũ ꝙ hoc fecit:vt cõpleret sermonẽ in speciebus solute continuitatis:ꝛ illa que est in substantia cerebꝛi:per viam cõmunitatis ad pãniculos facit soda.

c ¶Et qñq; ¶Lõsiderãdũ ꝙ Aui.inuit hãc diuisionẽ cause solute cõtinuitatis:vel sunt ĩtrinsece:vt vapores ꝛ humores ꝛc.vel extrinsece vt pcussio incisio casus ꝛc. ¶Lõsideranduz ꝙ vẽtositas siue vapoꝛ pñt facere solutionẽ ꝓtinuitatis dupliꝛ:vno modo in mediate extẽdẽdo siue penetrãdo:ꝛ hoc est qõ dicit incipiẽdo:alio mõ pñt hoc facẽ mediante alia egritudine:vt oppilatiõe. Lõsiderandũ ꝙ lra quẽ dicit que aũt fit iterius põt duplꝛ exponi.primo ꝙ solutio ꝓtinuitatis fit iterius.s.solũ:ꝛ nõ fit exterius:fortasse nõ replet ꝛc.i.nõ ꝙsolidat:ꝛ ideo lõgo tpe stat hõ cũ dolore capitis:ex hoc qz nã non hz vnde libere possit expurgare mãm.Eo mõ põt exponi quod loquat de incisione manifesta vsq; ad interius:scilz sub osse penetrante:que forsan potest diu durare non incarnata:ꝛ stabit de-

Jacobus

cuãt in mẽbris alijs ꝛ a mẽbris alijs q̃s a capite solo:colligãtiaz tñ cũ capite hñtib⁹:sicut pharmacie q̃ purgãt hũores a toto corpe. Alia eũant ab vno mẽbro colligato capiti sic ꝙ nõ ab alio vt vomica a stõ ꝛ ꝓuocatiua sputoꝝ a pectore. Alia eũant in mẽbris capitis ꝛ a mẽbris capitis vt reumatism⁹ad nares ꝛ fauces a cẽbro defluẽs:ꝛ catarrus decidẽs in pectoralia ꝛ fluxꝰsanguis ex nare aut narib⁹:ꝛ alie spẽs purgationũ q̃ suscitate sunt ꝙ caputpurgia ꝛ sternutatoria ꝛ gargarismata ꝛ masticatiões. Exj[a] est abscisio mãerũ hũiditatis:vt ciboꝝ ꝛ potuũ ex qb⁹ nascunt hũiditates que corpus nutrit q̃uis nulla fiat eũo rei sensibilis:sic ieiuniũ.i.phimonia cibi potusq;:ꝛ dimissio spõtanea cibi seu volũtaria:aut ꝓuatio ei⁹ iuita ꝛ coacta vt i carceratis vel i pestefamis. ¶De spẽb⁹ soda fcẽ pp ꝛc.L.iij.

Ontinuitatis.

c ¶In b.c.pꝛio agit de cãis mãlibus ꝛ effectiuis solonis ꝓtinuitatis faciẽtis soda.Scõ q̃liter hec solones se hñt ad curari:ibi ⌊Que aũt⌋Tertio de opionibus sup soda ꝰmiũ:ibi⌊Quidã vo.⌋

¶In.i.pte pꝛio tãgit.iij.cãs sbiectiuas seu mãles i q- bus solo ꝓtinuitatꝫ efficiẽs soda ꝓtingẽ põt. Pꝛia est aliqõ velaminũ cerebꝛi sicut pia mr vel dura mr vel rethe mirabile vel picraneũ. Scõa est medulla seu medullaris suba cẽbꝛi de qua qdã aiũt ꝙ de se nõ sentit sed ꝙ pãniculũ quo tecta diuidit:ꝛ sic solo ꝓtinuitatis sibi supueniẽs nõ facꝫ doloꝛẽ nisi ex cõpassiõe pãniculi ipsi⁹:ois.n.sensus vt aiũt isti ꝙ neruũ efficit. Alij determinãt ꝙ medulla cerebꝛi que ẽ radix neruoꝝ ꝛ fons ac origo sensuũ ac motuũ ꝙ seipsaz sentit vel pꝰtutẽ ꝑmi sentiui q̃ sibi forma est ꝙsubalis vt sensitiuũ est ꝛ nõ per mediũ alicui⁹ nerui q̃ sit ei velut sensus istrm sicut mẽbra cetera per neruũ sentiũt. Ter[a] est vene tã nõ pulsatiles q̃s pulsatiles que iterdũ findunt aut coꝛodunt aut apiunt plus oppoꝛtuno sua orificia:q̃rũ solo ꝓtinuitatis sensuz doloꝛis ꝛ soda opat:vel ꝙ tegunt pãniculo aliqd hñte sensus vel pp neruos sibi iuxtapositos aut fila neruoꝝ.Scõ assignat tres cãs effectiuas solonis ꝓtinuitatis ptiũ cerebꝛi. Pꝛia est motões vapoꝝ ꝛ fumoꝝ ꝛ vẽtositatũ qui q̃q; soluit ꝓtinuitatẽ icipiẽdo.i.pꝛio cursu sua acuitate:vel icipiẽdo.i.fine medio male cõplonis:vel icipiẽdo.i.ex semetipsis absq; ꝺ ꝙ hũoꝛ a quo pcedũt ꝛ eleuant⁹ in cẽbꝛo fuerit coadiuuãs soluẽ ꝓtinuitatẽ. Et qñq; soluũt hmõi vapores ꝓtinuitatẽ pp oppilationẽ itus aut extra poroꝝ aut viaꝝ vel cõmissurarũ quaꝝ phibent exire ꝛ resoluti:quapp adaucti distẽdũt ꝛ soluũt cerebꝛi ꝓticulas. Ad idẽ faciũt humiditates in cerebꝛo retẽte ꝛ multiplicate pp meatuũ oppilatiões siue collecte sint ad apa siue nõ collecte.Scõa cã est coꝛosiuus humoꝛ vt cholera rubea sbtilis ꝛ ardẽs vt cholera adusta vel melia sbtilis adusta de cholera genita.Tertia est casus in quo caput

lor sicut potest colligi Fen quinta.iiij.cañ.

d ¶Quidã vo.¶Lõsiderãdũ ꝙ nocumẽtũ fciñ aꝰmib⁹ per motũ cuz fit solo ꝓtinuitatꝫ cadit in b.c.Lõsiderãdũ ẽt ꝙ ille qui dixit b fuit qdaz medic⁹ noie Scaros:vt ponit Raf.i.ꝓti.ix.c.Dubitat an possint sub cranco gñari ꝰmes:vꝝ ꝙ nõ:qz nõ gñant in stõ:vt Ar.iiij.methau.ergo nõ gñant in capite:cũ sit nobilius mẽbrũ q̃s sit stõus. In ꝓriũ.A.Dõz ꝙ ꝰmes põt gñari i multis locis coꝛpis.¶Gñant.n.i intestis vt notũ ẽ. Gñant ẽt in stõ vt in trãslatione arabica.iij.ptic.apho.ij.lo aph.Seniorib⁹ vo factis pitimia.¶Gñant etiã in pulmone ſm Aza.ca. de tussi.¶Gñant sub cute: vt est qdã vmis sub eapgrediẽs:vt Joar tra.vij. xij.c.¶Gñant etiã in vlceribus:vt. A.iij.can.fen iiij.c.de vlcerib⁹.¶Gñantur ẽt in dẽte vt infra fen vij.¶Gñant in aure vt infra fen.iiij.¶Gñant ẽt in capite vt hic.A.Ego vidi nobilẽ perusinuz noie Guidarelũ de balliõib⁹ q passus est quotidianaz cũ dolore renũ per octo mẽses:ꝛ in qualescentia emisit cũ vrina vermes puos ꝛ latos.Et cessauit dolor. In locis ergo nobilib⁹ vmes vel non fiũt vel raro. Et iõ si in stõ fiant:hoc est raro:si capite aũt.s.circa pãniculos raro fiũt:sed circa strictura narriũ:qz non est sic nobilis locus:ꝛ ibi põt coartari mãe phlatice frequẽtius põt fieri ꝰmes. In hoc ergo dicto.A.modificat dictũ Raf.i.ꝓti.qui voluit ꝙ lõginquũ sit ꝙ soda fiat a ꝰmibus:nã ꝙ fiat a ꝰmibus circa pãniculos:hoc est possibile lõginquũ qz raro accidit:sed ꝙ fiat aꝰmibus circa narriũ strictura:nõ est possibile lõginquũ:ꝛ hoc itẽdit.A.ꝛ sic exponi dz Raf.i.ꝓti.cum dicit:dixit scharcus aliqñ accidit soda exꝰmibus gñatis in capite ꝛc.di co hoc est de sensibilib⁹ lõginqs:alias remotũ est vt fiat. Lõsideranduz ꝙ si attẽdis duo capla pcedẽtia iam declarata est soda:q̃tũ ad diuisionem causarum coniunctarũ antecedẽtium:ꝛ etiam primitiuarum.

¶Distinctio specierum soda facte ab apostematibus. Lap̃.iiij.

e # Postema. ¶Hic determinat de soda facta ex ꝓtinctiõe duaꝝ cãruz simul.s.ab apatib⁹.ꝛ primo ponit diuersitatẽ apatũ.Fo ponit quẽdã modũ terminationis.ibi ꝑa⌊ Et hoc.⌋In ꝑma pte innuit hãc diuisionẽ:ꝙ apa a quo ꝓuenit

a

De partibus

obulat alicui duro:vel pcussio cuz malleo aut ligno:vel incisio cũ ensevel cultello:vel perforatio cum daga aut lancea.

Que aũt.

¶In.ij.pte dicit ꝑmo ꝙ solutio ꝓtinui capitis interius facta forte nõ recipit ꝓsolidationẽ nec iplet carnẽ sz sp remanet vlcerosa ledẽs ꝛ dolẽ faciẽs ptẽ quã occupat maxie in senibus:tũ qz vt⁹nalis cerebꝛi debilis i his est:tũ qz cerebꝛũ est supfluitꝰ de nã sua seu plimũ abũdãs in supfluitatibus:tũ qz assidue ferunt ad ipz vapores ꝛ fumi quo ibi ispissati sordidãt vlcus nõ sinẽtes ipsum ꝓsolidari. Nõ.n.põt vlcera sanari nisi deficcent ꝛ mũdificent:qõ vix in cẽbꝛo fieri põt nisi in iuuenib⁹ bone cõplonis. Scõ dicit ꝙ caput pcussuz vel oppsuz casu qñq; leuiter recipit auxiliũ ꝛ curatõez vz qñ nõ puenit lesio vsq; ad pãniculos tegẽtes ꝛ pcipue dũ nõ ꝓtũdit nec rũpit craneũ. Tertio dicit ꝙ pcussio capitis ꝛ casus ei⁹ qñq; pueniũt ad tñ malicie ꝛ lesiõis vt idẽ cẽbꝛũ pmutet locũ vel sbuertat ꝛ peat ifirmus. Et istõ ꝓtigit dũ craneũ frãgit aut ꝓtũdit:ꝛ lesio ptingit ad cerebꝛi mires vel ad subaz medullarẽ ipius. Et tũc assunt vomitus turbatio sensuũ ꝛ stupoꝛ aut spasmus.

Quidã vero.

caput vituli aut mutonis cū granis frumēti ⁊ hordei elixū ⁊ cum his comestū siue carnes hoꝝ comederit patiēs siue cerebella de qbus p̄nceps Ho cañ. c. de cerebro ait. Meliora ex cerebris quadrupedū sunt cerebruz arietis: deide vituli ⁊ generāt phlegma ⁊ humores grossos: ⁊ idē faciūt elixata grana frumēti ⁊ hordei. Scōm est carnes bouine iuuenes si digerī possint ex qbus grossus generat sanguis ⁊ grossi spūs. Et idē intellige de porci carnibus: ⁊ cerui ⁊ leporis ⁊ auiū grossaꝝ aquaticaꝝ vt cignoꝝ aucarū. Ter^m est ingrossare sanguinē cibis fridis vel cibis factis vt alij libri hīt cū lactuca ⁊ portulaca: vel cibis frigidis factis siue ifrigidatis cuz lactuca ⁊ portulaca: nā sicut per cibos grosse subē sanguis ispissat nutriturus mēbra sic per cibos fridos fortis frigiditat' inspissat sanguis. Per lactucas igit ⁊ portulacas datas in eduliū pōt inspissari nutrimētū cerebri ⁊ per cibos alios haꝝ p̄mixtiōe frigidos effectos: ⁊ obtūdi parū sensus sui acumē cuz q̄dā sit in his narcotica vtus remissa ⁊ debilis. Quartū est caro pisciū que regul'r generat sanguinē phl'aticū grossum ⁊ ꝑcipue illa que est ex limosis ⁊ grossis piscib⁹. Et q: copula ꝙungē solet sil'es casus ꝑm grāmaticos magis ꝙgruus eēt ⁊ magis clarus ꝑmo qui dictus est si ita se hēret. Et carnes bouine si digestio est fortis aut cibi frigidi cū lactuca ⁊ portulaca aut carnes piscium.

Et quādoq̄z.

¶In .ij. p̄mo ait q̄ vt sensus cerebri parū fiat piger hebes ⁊ obtusus ministrari p̄t reliqua narcotica per os assumēda sicut dari in potu sirupus de papauere: vel dari ad cēdū semē lactuce vel papaueris albi vel teri cuz cibis. Scōo dicit q̄ aliq̄n fit ex semine lactuce vel ex aliquo alio narcoticoꝝ epythima ad caput vt cum terit' manipulus vnus seminis lactuce vel papaueris albi ⁊ distēperat' cū .ʒ. iiij. aq̄ rosaꝝ: ⁊ in hac itingit' pānus s̄btilis lineus vel sericinus q̄druplicat⁹ ⁊ frōti ac tpibus vel pre capitis tepidū supponit. P̄t etiā de narcoticis ad hūc casuz fieri sacellatiōes fomentatiōes embrocatiōes vng^a ⁊ empl'a obſuādo q̄ sint de suauioꝛib⁹ narcotizātibus ꝓpter subtilitatē ⁊ raritatem ⁊ passibilitatez substantie cerebri sicut de lactucis ⁊ portulacis ⁊ papauere albo.

¶De cura soda que facta est accidens in febribus ⁊ egritudinibus acutis. Capitulum.xxix.

Jus alia est.

h ¶In hoc capl'o. primo agit de soda que in febribus accidit ⁊ moꝛbis acutis: ⁊ de signis eius. Secūdo de cura eius: ibi[illegible]Cura_] Tertio in speciali de cura eius que remanet post febrez ⁊ moꝛbos acutos: ibi[illegible]Et quandoq̄z.]

¶In p̄ma parte primo sic diuidit hanc soda speciem q̄ ipsarum: alia est que accidit hora vehementie seu fortitudinis acute egritudinis aut paroxismi eius: deinde remouetur deficiente egritudine vel paroxismo. Alia ē q̄ remanet post remotionē egritudis ⁊ post eradicationez paroxismi ipsius. Causa vero quare p̄ma harum deficit cum egritudine vel paroxismo est: quia fit ex fumis: aut vaporibus a materia febris surſuz eleuatis qui cum materia febris resoluuntur. Sed secūda remanet post egritud.

ponit curam sode accidentis i febribus: ꝯ sode cretice: ibi ꝙ. ¶ In soda quidem cretica. ¶ Prima in duas: ꝑmo premittit diuisionē quandam sode in febribus: secūdo exequit curam: ibi ꝙ. ¶ Cura autem. ¶ Cōsiderādū circa ꝑmam partē: ꝑmo q̄ in rubrica dicit in febribus ⁊ egritudinib⁹ acutis. i. febribus acutis: ⁊ exīstit de eis: quia multū cōsequit eas dolor capitis. ¶ Cōsiderandū secōdo q̄ dixit: fortitudine: quantū ad ꝓtinuas: ⁊ eis ꝓximas q̄tū ad interpollatas: ⁊ ideo ēt dixit: post remotionem. Cōsiderādū tertio q̄ p hoc q̄ dicit: q̄nq; inquietat. Aui. inuit quando est q̄ in febribus debemus intēdere ad sedationez doloris q: cum ingetat egrum. s. debilitando virtutem: ⁊ cum in getando ꝓpter indigestiones: auget morbum. s. febrē augēdo causam: ⁊ augendo febrem etiam ipsam ꝓpter inflāmationem. Intendimus etiam ipsis accidentibus vel q: virtutē debilitant vel q: morbū augent: vt ꝛij. terap. Quarto ꝓsiderandū q̄ vrine albificatio pōt significare raptum materie ad caput: ⁊ q: non semp hoc est vez: ideo dixit q̄nq; Cōsiderādum q̄nto q̄ vrina ꝓturbata velut subiugalium: significat sodā ꝓpter ebullitionem quam significat: quandoq; enim significat eam presentem: ⁊ hoc est q̄d dicit essentiam suam in dispositione: ⁊ quandoq; significat q̄ recedit soda: ⁊ hoc est q̄d dicit: quādoq; significat resolutionem.

a ¶ Opz ergo. ¶ Hoc dictū referat ad illud quod dixit de vrina alba q: q̄nq; significat: ideo opz q̄ habeat alia signa. ℣. g. vrina in febrib⁹ subito albescit: nec apparet fluxus vētris: nec vomitus: nec circa cutiz motus materiei: ergo ascendit caput. ¶ Hoc etiā dictum refert ad illud q̄d dixit de vrina simili vrinis asinox: q: turbida que clarificat significat: q̄ soda resoluitur: sed que remanet turbida significat essentiam sode in dispositione presenti: vt supra dictum fuit de intentione Gal. in cōmento. lxx. apho. iiij. particule. Quibus vrine ⁊c.

b ¶ Cura aūt eius. ¶ Hic ponit ꝑmo curam q̄n soda sequit febrē: siue ponit curam sode i febrib⁹ absolute: ꝯ ponit curā eius que remanet post febres: ibi ꝙ. Et q̄nq; ¶ Prima in duas: primo ponit multa remedia. secōdo ostēdit q̄d fiendū si illa non cōferūt: ibi ꝙ. Et si non sedat. ¶ Ad ꝑmi euidentiā ꝓsidera q̄ sicut ponit Halyab. v. prac. soda i febrib⁹ altq̄ fit ex simplici calore: ⁊ huius curā Aui. nō ponit: q: nota est ex ꝓdictis. Aliquādo fit ex vaporibus vel etiā materiebus ascendētibus caput: ⁊ huius cura Aui. ponit. ¶ In hac aūt soda cadūt quatuor intētiones. Una est repulsio vapox: scōa est resolutio: tertia est q̄nq; stupefactio ꝓpter vehementiā doloris ⁊ vigilias: quarta est vapox ꝓhibitio ad caput. ꝑmo ḡ ponit curam huius sode intēdendo resolutioni ⁊ repcussioni: ꝯ stupefactioni: tertio ꝓhibitioni vapox: ibi ꝙ. ¶ Qd̄ si narcotica ibi ꝛ. Et q̄nq; ¶ Prima in tres: ꝑmo ponit curā p resolutiua ⁊ repcussiua simul mixta: ꝯ ponit curam p repcussiua puriora ostēdens in quo casu eis vti debemus: tertio ponit curā p resolutiua pura: ⁊ etiā mixta: ostendēs in quo casu vtimur eis: ibi ꝙ. ¶ Considerandū circa ꝑmā ptem: q̄ oleū ro. onfacinū mixtū cū alrasim i. enula repcutit ⁊ resoluit: vt est notū: ⁊ ideo ꝓuenit q̄n mā est in capite: ⁊ pars alia mouet vsus caput: ⁊ hoc est in ꝓcessu sode: sed oleū ros. vsuale i. quo cōiter vtimur: qd̄ fit ex oleo cōi de oliuis maturis mixtū cū aceto repcutit: ⁊ modicum aliqd resoluit: ⁊ ideo ꝓuenit in ꝓncipio huius sode tepidum ⁊c. in hyeme. Causa est nota: ⁊ est sermo Halyab. in hoc ca. De

paroxismo deinde remouetur. Et alia est que remanet post remotionem egritudinis: aut eradicationem eius paroxismi. Et illa quidem que ex ea accidit in febribus: quādoq; inquietat egrum adeo donec in causa eius que est febris augmentum faciat. Et ipsam quandoq; significat etiam albificatio vrine subito: ⁊ eius alteratio in similitudinem vrine asinorum. Sed eius assimilatio vrine asinox: quandoq; significat essentiā suam in dispositione: ⁊ quādoq; significat resolutionem. solutionem: oportet[a] ergo vt redeat ad alias significationes. Cura[b] autem eius conueniens est alarsin in oleo omphacino cuius acceptio fit cum oleo rosato: aut oleum ros. vsuale conquassatum cū aceto tepidum in hyeme ⁊ in lenitate febris: infrigidatum in estate ⁊ in fortitudine febris: ⁊ ad ipsam iuuat embroca ex decoctione hordei ⁊ papaueris ⁊ rosarum ⁊ violax si vapores sua nocēt acuitate. ¶ Qd̄ si sua[c] nocēt multitudine: tūc nihil box faciat imo euacua: tadmi

ego cognoscam q̄ vapores noceāt acuitate idest acuta caliditate: ⁊ quō ēt noceāt multitudine. Dicendum q̄ medicus dz hic bonā estimationē in hoc aggregare multa signa vbi gra. Considera in mā febris si est colerica vel phlegmatica siue sanguinea. Cōsidera ēt i leuitate ⁊ grauitate capitis intētione venax eius ⁊ cutis: ⁊ in exiccatione ⁊ aspatione: ⁊ quasi corrugatione. Considera ēt in dispositione somni vigilia ⁊ humiditatis narium vel exiccationis eax vt. A. ponit. iiij. cañ. fen. j. ca. de curatione febrium acutax. Ex gb⁹ obligēter adlibratis cognoscere poteris si vapor nocet acuitate caloris inflāmatiua mordicatiua: an nocet multitudine repletiua extensiua.

c ¶ Qd̄ si sua. ¶ Cōsideranduz q̄ vapores nocēt multitudine: q̄n iam sunt in capite multi ⁊ extēdūt: ⁊ cum hoc etiā pōt ascēdere. Si ergo sunt multi in capite: tunc nihil ꝓdictox facias: q: nec illud q̄d dictū est de embroca: nec illud q̄d dictū est de oleo ros. cum aceto: q: cum iam sunt multi vapores in capite: tūc intētio est ad illox eductionē cum resolutiuis: ⁊ q: resolutiua possent trahere mām: ideo ꝑmo corpus cum phlōmia euacua ⁊ cū alijs: ꝑm q̄ videf tibi: ⁊ postea admistra resolutiua facilia: nō fortia multū: ꝓpter febrē. ¶ Dubitat vtr vapores q̄si eox multitudine nocent possemus vti oleo ros. cū enula vel cū alio resolutiuo: videf q̄ sic: q: hic A. ꝑcipit vnā pastoris: que est frida stiptica repcussiua: cum balsamita vel maiorana: que sunt calida resolutiua: ergo eadem ratione oleum ros. ⁊ enula conueniunt. ¶ In contrarium: quia dicit: nihil eorum facias. Dicendum q̄ vapores in capite multitudine nocentes: vel iam ascēderūt: ⁊ stant in capite: ita q̄ non sunt in ascensu: ⁊ tūc comperūt pura resolutiua i. non mixta frigidis: sed non fortia. Et ideo quibusdam antiquorum est visum q̄ camomilla epithimetur: vt scribitur ꝑmo continentis. Vel sunt in ascensu: ita q̄ iz in capite sint multi vapores: tamen adhuc ascendunt ⁊ tūc si vis vti localibus: opz illa esse mixta ex resolutiuis ⁊ repercussiuis ⁊ ideo expono si vis resoluere. i. iz velis illos vapores resoluere: tamen misce cum eis vnā gam pastoris. Dico si vis vti localibus: q: in hac dispositione multitudinis vaporum: valde est considerandum: anteq̄z embroces vtamur: vt q̄ euacuationes sint premisse: ⁊ fiant fricationes: ⁊ alia trahentia. ¶ Ad contraria patet solutio: ⁊ posset exponi: nihil horum. s. dictorum de embroca facias ⁊c. ¶ Dubitatur secundo an quando soda est ex vaporibus acuitate nocentibus possimus vti fridis localib⁹: videf q̄ non per Aff. ca. de cura sode vbi dixit: in soda calida: ab alterantib⁹ incipere debemus nisi in quatuor casibus quorum secundus est: quando fit soda ꝓpter vapores acutos: qui ad caput ꝓueniunt. ¶ In cōtrariū est Aui. hic ⁊ quarto can. fen ꝑma capitulo de cura febrium acutarum: ⁊ capitulo de dolore capitis qui accidit febribus. ⁊ Raf. ꝑmo ꝓtinentis. Ad intellectum huius opz generaliter ꝑmittere q̄ soda in febribus: vel fit a calore solo: vel fit a materia vaporosa: iz etiā possit esse humoralis. Si ḡ fiat a solo calore: tunc possumus statim vti vnctionibus: vel epithimatibus

Jacobus

Bepartibus

nē vel paroxismum vel quia dependet a materia aliqua cōtenta in capite quam cōmouit febris. vel quia caliditas excessiua febris vehementer impressit cerebro calorem ita vt permaneat ifixus cerebro recedēte causa. Et intelligas hic per acutas egritudines quas in rubrica ca. istius vult distinctas a febribus numerat calida apostemata alicuius membrox interiox vt peripneumoniā pleuresiz vel supcalefactiones alias a febre. Secūdo dicit q̄ in soda illa que i febribus accidit adeo fatigat ⁊ inquietat aliquādo infirmum q̄ augmentum prebet in ipsius causam. s. in febrem. Nam dolor vehemens exacuit humores ⁊ irritans inflāmat vna cū spiritibus ⁊ inuicem permiscet malignos cum bonis. Tertio dat duo signa soda accidentis in febribus. Primum est albificatio vrine quasi subito accidens ita q̄ vrina febricitantis que ꝑus tincta erat quasi repente tinctura priuat: ⁊ fit alba cruda: propter hoc q̄ humor quo ipsa tingebatur vel tingi debebat ascendit ad cerebrum ⁊ inducit soda sua punctione vel calefactione. Secundum est conuersio vrine siue alteratio in similitudinem vrine asinorum: sic q̄ ipsa mutatur de claritate eius in turbulentiā. Juxta illud Hippocratis aphorismox quarta apho. lxx. Quibuscūq; in febribus vrine sunt conturbate velut subiugalium his capitis dolores aut sunt: aut aderunt. Et super hoc ꝑmo hic notat vnū videlz q̄ assimlatio vrine in febribus asinox vrinis q̄nq; significat essentiam in dispositione. i. existentiam seu presentiā doloris capitis in actuali vel in prima dispositione: ⁊ quandoq; significat resolutionem doloris vel materie soda. Nam cum soda vehemēs fit in febribus tota massa humox inde cōturbatur ⁊ inde ꝓcedūt vrine turbide. Et cū soda fortis febricitantium terminari incipit pars aliqua humox per vrinam effluit qua ipsa cōturbatur. Secūdo infert princeps q̄ opz ergo vt redeat ad significationes alias a turbiditate vrine ꝓ cognitione huius soda quia non significat: certitudinaliter huius turbiditas soda presentem: sed quandoq; futuraz aut pretereuntem. Alle ꝯ alie significationes ad quas redeundum est sunt q̄ ipsa soda consequitur febrem: ⁊ hac aucta augetur: ⁊ hac discrescente diminuitur.

Cura autem eius. ¶ In secūda parte ꝑmo agit de cura soda istius que fit a vaporibus capiti nocentibus sua acuitate. Secundo de cura eius que fit a vaporibus sua multitudine nocentibus: ibi ꝙ. Qd̄ si sua nocent. Tertio de vsu narcoticox in soda febriuz: ibi ꝙ. Qd̄ si narcotica. Quarto de ꝓhibitiōe ascensus vapox ad caput in febribus facturox soda hācibi ꝙ. Et q̄nq; Quinto de cura huius soda p ligationes ⁊ fricationes extremitatum: ⁊ per ventosas ⁊ sanguisugas: ibi ꝙ. Et quandoq; ventosatur.

¶ In prima particula dat tria remedia in soda febrium que fit a vaporibus sua nocentibus acuitate. Primum est alarsin in oleo onfacino quod accipiat cum oleo rosato ꝑm hūc modum. ℞. alarsin. ʒ. i. terat in. ʒ. j. olei onfacini. i. de oliuis immaturis ⁊. ʒ. ſ. olei rosati: ⁊ inde inungantur frons ⁊ tempora. ¶ Attende q̄ hic in quibusdam libris inuenit alrasin quod est enula: ⁊ male vt videtur quoniam enula est calida ⁊ ficca in secūdo gradu: ⁊ facit soda sicut ait princeps ca. de ea. In alijs vero reperitur alarsin seu alarson: ⁊ est semen mandragore quod in isto casu conferre potest prouocando somnum ⁊ infrigidando. Secūdum est oleū rosaceum factū de imaturis rosis ⁊ oliuis vt magis cōfortet: ⁊ plus ifrideat dictum vsuale: q: in vsu currit vbi requirit infrigidatio nō excessiua cum repcussione ⁊ ꝓfortatione per stipticitatem: qd̄ cōquassandum est seu diu agitandū cum aceto vini de quo accipe pondus dimidium olei: ⁊ ex eo tepido lini frontem ⁊ tempora ⁊ finciput si tempus est hyems vel febris leuis. Sed si estas fuerit vel febris fortis sit infrigidandū quando inde leuies vt simul infrigidet actuali frigore ⁊ potentiali. Tertiū est embrocatio capitis ex decoctiōe hac si vapores noceant sua acuitate. ℞. hordei seminis papaueris albi violarum ⁊ rosarum aā. ℥. j. decoquant in lib. iiij aque fontis munde: deinde cola aquam ⁊ tepidam ab alto funde super finciput: nam caput infrigidat ⁊ somnum prouocat ⁊ reprimit ascensum vaporum ad caput ⁊ obtundit acumen vaporum acutorum qui iaz in eo sunt.

¶ Quod si sua ⁊c. ¶ In secūda premittit q̄ si soda hec fiat a vaporibus sua multitudine capiti nocentibus: sicut frequenter fit in febribus finochis nullum de nunc dictis remediis ꝓuenit: quia ꝓcularet in cerebro

vapores

bus:vel alijs localibus frigidis:vt oleo ros.vel violato cuz aceto: ⁊ decoctiõe papaueris violarum ⁊ huiusmodi: quãdoqz tamẽ istorum vsus phibetur qz retinent vapores qui expirarẽt. Et hic est ꝑmus casus quẽ ℳes.tangit cũ dicit:in soda calida ab alterantibus incipere debemus siue sint emplastra:siue vnctiões:vt reprimatur excessus ei⁹: ⁊ prohibetur aduentus nociui alterius ad ipsuz quãtuz est possibile:nisi in quatuor casibus. Primus est i soda calida que fit in febribus ⁊ ꝓprie materialib⁹ vsus tunc.i.quãdoqz epithimatum frigidoruz repercussiuorum multiplicat eam:non enim ꝑmittunt vapores exire: ſz attractio aceti: ⁊ aque ro. p nares vehemẽtiaz eius sedat. ¶Sz tu dices cũ possit esse tantus in capite calor:q non sedabitur per aquam ro.⁊ acetum attractum per nares:qd debeo facere. Dicenduz ꝙ debes vti embrocis frigidis:⁊ si ex hoc retinentur vapores:tunc abscinde eos:⁊ parũ resolue:⁊ iterum reddi ad infrigidandum ⁊ conueniẽtiora sunt embroce q̃s olea:qz olea ⁊ lac magis oppilant:⁊ difficilius absterguntur cuz est opus. Si aũt soda fiat a vaporibus:tunc vel vapores nocẽt acuitate vel multitudine. Si acuitate aut sunt in via ascensionis:⁊ tunc epithimata embroce ⁊ similia frigida iuuant:qz repellunt eos:⁊ rectificant complexionem capitis ⁊ vaporum. Unde.ij.continẽ.oleum infrigidatum confert valde ad vitandum ⁊ reprimendum vapores:⁊ humores ascẽdentes ad caput:⁊ malam complexionem cal.naz. Aut isti vapores actu iam sunt in capite comprehensi ⁊ ibi multiplicati:⁊ tũc non debemus vti istis frigidis: ratio est qz ibi constringuntur ex eis:imo debes eos resolue re. Ex quo apparet secundus casus in quo prohibetur vsus frigidorum in soda in febribus: ⁊ hoc est qõ dicit ℳes.Secundus casus est quãdo fit soda ꝑpter vapores acutos q perueniunt ad caput ⁊c.⁊ iam recipit eos. Ecce ergo ꝙ si iam sunt in capite recepti prohibetur frigidorũ vsus. Si aũt vapores nocent multitudine:tunc vel incipiunt ascẽdere:⁊ competit vsus repercutientiuz: vt sumitur a Gal.in.ꝛ.de vtilitate particularum tractatu.ij.cap.de cephalargia ꝑpter adustionẽ:ratio est qz in materiebus humoralibus sanguineis ⁊ alijs in principio motus earuz ad caput:vtimur frigidis repercussiuis. ergo eadem rõne in motu vaporum. Uel iam ascenderunt:⁊ actu replẽt:⁊ extendunt partes capitis:⁊ tunc nõ competit rõne huius vsus frigidorum:immo resolutiuorum:siue isti vapores sint in ipsomet capite generati:siue aliunde ascendant. Ex quibus apparent duo casus in qbus etiã prohibetur vsus frigidorum repercussiuoruz. Unus est quãdo.vapores in capite sunt multi aliunde cõicati.⁊ hunc casum ℳes.vocat tertiũ cũ dicit. Tertius est quãdo soda fit a nocumento quod infertur a multitudine.ſ.vaporũ qui aliunde veniunt. Uel posset exponi a multitudine.ſ.materie. Alius casus est quãdo in capite sunt vapores multi in ipsomet generati. ¶Sed tu diceres quare etiã non diximus hoc de vaporibus actis stantibus in capite:etiam in ipso generatis. ¶Dicẽdum ꝙ vapores acutos plus contingit aliunde capiti cõmunicari q̃s in ipso capite generari:multi aũt vapores scilicet multitudine nocentes:quãuis aliunde capiti nõ cõmunicarentur:possunt frequẽter de phlegmatico sanguine cerebri generari:⁊ hunc casum ℳes.ponit quartum cũ dicit: quartus est quãdo soda fit ex multitudine vaporum existentiũ in capite:etiaz ꝓter cõitatez corporis aut alterius membri. ¶Sed circa predicta dubitatur qz videtur ꝙ fit quintus casus in quo prohibetur vsus frigidorũ in dolore capitis.ſ.catarrus:vt Auicen.innuit ꝑma Fen.iiij.can. ¶Ad hoc dicendũ ꝙ catarrus tussis ⁊ corriza:phibent vsum frigidoz ficut signũ:qz significãt multitudinez in capite existentẽ:que multitudo indicat cõonez ⁊ nõ repcussionez:⁊ ꝑm hoc reducitur ad tertiũ casum: vel ad quartum. Si aũt catarrus prohiberet sicut cã:qui esset cã nocumẽti in partibus pectoris ⁊ gule:tũc opz medicuz bene estimare de quo fit magis sollicitus an de nocumẽto quod talis casus reumatis posset inferre gule ⁊ pulmoni:an de nocumẽto qõ posset sequi in cerebro:si nõ vtatur repcussiuis cõtingit enim quãdoqz ꝙ hõ bz aliquẽ catarrũ sibi ꝓsuetum vel accidentalem:vnde multa humiditas ascẽdit ad guttur ⁊ expuit:⁊ cuz hoc aliqua materia cholerica:vel alia potest incipere habere raptum ad caput:⁊ incipit soda. Si ergo times frenesim:non cures de catarro:sed vtere repercussiuis:⁊ aliquid huic simile supra Aui.dixit in can.vniuersalibus curationis. Et in hoc comprehenditur cõmunis medicoruz vilium erroz: qui in raptibus materierũ ad caput:qz vident tussim dimittunt repercussionem sine aliqua consideratõe:⁊ fit hõ freneticus ⁊ morietur:quod multũ cõtingit in nostra regione:qz homines cõmunter habent cerebz repletuz ex multitudine ciborum ⁊ vini. Cuz ergo incipit cholera vl sanguis rapi ad caput ⁊ incipit frenesis:tũc virtute caloris cholere vel sanguinis illa phlegmata replẽtia caput eliquãtur:⁊ apparet tussis catarrus:vel coriza:⁊ si tu propter hoc negligis caput:cõfirmatur frenes.⁊ moritur. Cõfidera ergo hic:⁊ discussimus hoc in primo capitulo quarto can.fen prima. ¶Secũdo dubitatur:qz non videtur differentia inter vapores caliditate ⁊ acuitate nocentes ⁊ inter vapores qui sua multitudine nocent. In vtrisqz enim in principio cursus conueniunt repercussiua:⁊ cum iam sint recepti in capite prohibentur repercussiua. ¶Dicendum ꝙ ꝛz generaliter in hoc conueniant:tamẽ cum estimatiua medici errat in vsum frigidoz in soda:ꝑp multitudinẽ plus nocet:q̃s si errat in soda ꝑp acuitatẽ vapoz:⁊ ratio ẽ:qz frigida corrigũt qualitatẽ:ꝑ quaz vapor facit sodã.ſ. acuitatẽ:⁊ talis vapor ꝛz sit in loco:est magis aptus repelli. vnde infra.c. de cura spẽz sode p cõitatez. A. ꝓsentit vsuz frigidoz post ꝓncipiuz in mã vaporosa calida:vt appebit:ſz frigida nõ corrigũt malicia vaporis q̃ntitate nocentis:⁊ si forsan remittant eius dimẽsiones:tũc ꝓuertunt vaporez ad nãm humoralẽ:⁊ nõ minus nocẽt. Et ꝓp hoc auctores ⁊ ꝓprie Aui. valde dubitat de vsu frigidoz stante multitudine vapoz: ⁊ timet ex hoc apostema:vt appet.iiij.can.fen ꝑma preallegatis capitulis.⁊ hic habes viam speculandi. Differunt etiã repercussiua in vtraqz materia:vt notuz est. Ex qbus apparet solutio ad id qõ querebatur ⁊ ad rõnẽ in ꝓtrariuz.

a ¶Qõ si narcotica. ¶Quo vtamur narcoticis:⁊ q̃ cautela ⁊ timore: apparet.i.can.fen.iiij.c.penul.⁊ scripsimus tertia fen huius trac.primo.

b ¶Et q̃nqz phibet. ¶Hic Aui.pro cura sode intẽdit phibitioni vaporũ:⁊ hoc fit dupliciter.ſ.sedãdo:⁊ ad ꝓtrariũ trahẽdo. Primo igit docet primũ.ſ.sedare:⁊ cũ hoc etiã repcutere.Ꝺo docet ad ꝓtrariuz trahere.ibi Et quãdoqz vẽtosatur. ¶Cõsiderandũ circa primã partẽ qz phibitio ascẽsus fit cuz rebus extra positis repcutiẽtibus:⁊ hoc fit in ꝓncipio: ponẽdo super caput Sauic.i.hordeũ immatukũ torrefactũ:qõ est frigidũ ⁊ stipticũ cuz psilio.i.cuz muscilagine psilij:vel psilio nõ fracto:quod infrigidat. Ista autẽ repercutiẽtia si dãtur in potu:sedando etiã prohibent ascẽsuz:⁊ ideo dicit:⁊ dentur in potu etiã. Sauic enim ⁊ muscilago psilij sumpta in potu prohibẽt ascensuz vapoz. ¶Ex qbus cõprehende cautũ modũ loquẽdi Aui.sauic enim ⁊ huiusmodi repercussiuis extra debemus vti q̃nqz:qz in ꝓncipio:⁊ ideo dicit:⁊ quãdoqz ⁊c.in principio:sed approximando ea intus ad hanc intentionez:que est vaporũ sedatio:possumus eis vti quocũqz tẽpore vapor surgit:⁊ ideo post ꝑmissuz sermonẽ.A.subsequẽter dicit:⁊ def in potu etiã:⁊ nõ dixit in ꝓncipio:qa in principio:⁊ post põt dari. Sed hic caderet dubitatio:vtrũ in principio alicuius sode possit phiberi repercussio cũ frigidis:⁊ de hoc dicef in cap.de frenesi. Et poteris hoc intelligere ex dictis Fen tertia trac.primo.c.de cura algardengi. Et q̃nqz etiã phibẽt.ſ.eleuatõez materiei vaporose:vel etiã mãet humoralis coriãdrũ ⁊ oleũ ro.ſ.sumptũ vel extra applicatũ:⁊ dixit q̃nqz qa q̃nqz requiritur fortius:q̃s hec sint.

c ¶Et q̃nqz. ¶Hic intẽdit ad vapoz phibitionẽ:trahẽdo eos ad ꝛriuz cũ vẽtosis in spatulis:vel alibi:⁊ cũ ligatione extremitatũ:⁊ fricatiõe. Et cũ administratione reginis ebrij.ſ.fricãdo cũ sale ⁊ oleo violato. Uel reginis.ſ.de cibis frigidis stipticis vel lentibus ⁊ agresta.

d ¶Opz vt cõprimas. ¶Ult qfortius ꝑmaes:⁊ ponas eas in aqua calida:qz ista trahũt vapores:vt Raf.primo conti.ix.cap.

Jacobus

vapores ⁊ resolutionẽ hoz prohiberet ⁊ sic augerek ipsoz quantitas adueniẽtibus assidue nouis ab inferioribus. Deinde subiũgit duo remedia cõtra multitudinẽ talium vapoz ⁊ soda que ab his fit. Primũ est humores euacuare vel phlebotomiã vel per pharmaciã de qb⁹ad caput tanta multitudo vapoz erigitur. Scõm est adhibere capiti quedã resoluentia cum facilitate sic ꝙ neqz caput multũ calefaciant neqz multũ attrahant. ¶Et hic tria notat resoluentia talia. Primũ est ℞.balsamite seu mentaquatice virge pastoris aã.ʒ.ſ.decoquanf in.ʒ.iiij.olei oliuarũ ⁊ cum illo oleo mediocriter calido inungat caput. Scõm est.℞.maiorane virge pastoris aã.ℳ.ſ.decoquanf in.ij.lib.aq̃ fontis mũde:deinde cola aquã ⁊ ex ea calida cum mediocritate caput embroca si vis resolue re. Tertiuz qõ vtile qbusdam visum est epythimare cuz decoctione floruz camomille mediocriter calida finciput ⁊ frontẽ ⁊ vtrũqz tẽpus ante comestionez. ¶Quod si narcotica ⁊c. ¶In tertia dicit ꝙ si in soda febriuz necessaria fuerit administratio narcoticoz ꝓpter vehementiã acuminis doloris ex qua timetur defectio virtutis ab inquietudine ⁊ defectu somni vel apostema calidũ cerebri ꝓpter attractionẽ a dolore frontẽ tũc eis vtendũ est cum magna cautela ⁊ timore ne inde detrimentũ accidat vir reparabile virtutibus motiuis ⁊ sensibilibus ⁊ suis spiritibus quoz cerebrũ est radix ⁊ origo quod est aptũ pati cito ⁊ facile ab his:tum quia frigidũ tuz quia molle rarũ ⁊ porosum. Obserues igitur istas cautelas adhibendo sibi frigida narcotica ꝙ incipias a debilioribus: vt succo lactuce vel portulace. Deinde procedas si fuerit opus ad fortiora sicut ad semen papaueris albi:deinde ad iusquiamũ vel ad mandragoram:vltimo ad opium. Et audacius adhibe capiti exterius q̃s iterius per os:⁊ non des fortia sine frenis proprijs.

¶Et quãdoqz prohibetur ⁊c. ¶In quarta dicit tria prohibẽtia elevationẽ vaporuz ad caput in soda ex febribus. Primũ est.℞.sanich hordei.i.farinam hordei vel hordeum fractum coctũ cum multa aqua.ʒ.ij. muscilaginis psilij quarti.ſ.misceantur ⁊ liniantur inde frons ⁊ tẽpora. Secundũ est.℞.hordeati quod est hordeuz coctũ cum multa aqua.ʒ.v. muscilaginis psilij.ʒ.i.misce:⁊ da in potu vel in cibo infirmo. Tertium est.℞.seminis coriandri.ʒ.i.tere in.ʒ.iij.olei rosa.⁊ ex eo tepido vel actu frigido si calor est fortis frontem et tempora et finciput linias ipso prius raso.

¶Et quãdoqz ventosat ⁊c. ¶In qnta ꝑmo ait ꝙ vẽtosat quãdoqz in hac soda sic ꝙ ventose cũ scarificatione collo applicantur aut spatulis:vt ipse a capite fumos ⁊ vapores ⁊ etiam humores trahant ⁊ diuertant:tã suo dolore q̃s attractione. Secundo dicit ꝙ est rectitudo ideꝰt rectũ regimen conueniens valde huic soda ex febribus in tribus rebus. Prima est ligatura cum cordis aut institis in extremitatibus vt in brachijs a cubitis vsqz ad manus ⁊ in tybijs a genub⁹ vsqz ad pedes. Scda est extremitatuz fricatio vt manuũ ⁊ pedum cuz manibus aut pannis ad trahendũ vapores ad inferiora ⁊ diuertenduz eos a superioribus. Tertia est obseruatio reginis ebrij qõ premissuz est capl.xxiiij.tracta.presentis. Nam vapor calidus est causa vtriusqz doloris capitis:scilz a febribus ⁊ ebrietate cuius prohibitio ne ad caput ascendat ⁊ resolutio cuz iam ascenderit est vera curatio vtriusqz soda. Tertio dicit ꝙ quãdo in soda hac ligam⁹ extremitates:opz vt eas cõprimamus fortiter cuz bindis aut chordis sic ꝙ his solutis vestigia maneant vt propter dolorem cõpressionis fiat attra-

e ¶Et si nō. ¶Hic ostendit qd fienduz si ꝑdicta nō iuuāt. Maz ex hoc significat q opz fortius ipzimere cū medicis resoluētib⁹ z repcutiētib⁹: z ideo opz radere: quasi inuat q vsqz huc nō pceſſit rasura: z pp mām humoralez quā in capite debemus imaginari qnqz: qz cū est talis mā: in digemus vētosis. s. cū scarificatiōe in spatulis: vel circa sanguisugis i frō te: vel circa ad eūanduz. Alathasech. i. tribulus. ¶Et ꝙsidera q hoc me dicamē est compositū ex resolutiuo z repcussiuo: z ita ēt si vis vti puriori z fortiori resolutiuo radatur caput.

b ¶Et qnqz remanet. ¶Hic ponit curaz sode que remanet post febres talis autez soda remanet qnqz: qz remanet euapo ratio ad caput: z tūc cu ra est cum cibis frigidis rectificantibus calorez: z ꝓhibētibus vaporē: z cum oleis phibētibus vapores recipi in capite vt oleo ros. z resoluētib⁹ vapozez receptū: vt oleū camomille: z cuz rebus mouētibus vapores ad ꝓtrariuz vt cū aqua calida effusa super extrema: mane z sero. s. ante cibū vel aliquo spacio post cibuz. Et inungatur cum oleo violato: vel in capite ad phibendum vapores vel in mēbris simul cū sale: vt supza dixit in regimine ebrietatis. Quando aūt talis soda remanet: qz solū calor extraneus remanet. Unde mā vapor osa resoluitur: z ideo tūc extinguētia iuuant: qz stantibus vaporibus: nō sic iuuarēt con stringēdo eos: sed cū declinat recedentibus vaporibus iuuat ab illis zc.

¶De cura sode cretice. Lap. xxx.

i **Ā soda quidem.** ¶Hic ponit curaz sode cretice. Est āt talis soda q̄ fit pp materiā motā ad crisim: cū nō expeditur eius euacuatio: ſz na tura mouet ad partez aliquā: z nō potest cōplere eius motuz. Illa aūt materia euaporans: vel sui ēt ꝓsentia: sicut cū mouetur ad na res: facit sodā. Cura igitur talis sode est iuuare materiā in illa eūone: vt pficiatur: z tūc cessabit soda. Ex qbus apparet ex mente Aui. solutio ad questionez: in qua queritur an in die crisis: z hora crisis debeamus opa ri aliqd: q: Aui. ꝓcipit q sic. s. incitatiue z iuuatiue: vt si natura mouet mām ad aliquā partez: z nō potest complere motū eius: iuua eam inde. Undecūqz. n. natura repit inde ducere opz. Et duo hic docet Aui. Pri-

Et si[a] nō sedatur ꝓpter omnia illa ra datur caput z emplastretur cum camo milla z malua z viola z albasec pmixtī: z illud quidem post rasionez capitis: z quādoqz indigemus vētosis z sanguisu gis. Et quādoqz[b] remanet soda post febrem z post egritudines acutas. Et ipsius quidem cura est infrigidatio ci borum z eorum humectatio z confoꝛta tio capitis ex oleo roſ. cum camomilli no: z vt effundatur super vtraſqz manus z vtroſqz pedes a qua calida bis i die. s. mane z sero z inungatur cuz oleo viola to: deinde iuuetur cum extinguentibus

quādoqz apparet declinatio manifesta.

¶De cura soda cretice. Lap. xxx.

i **Ā soda quidez** cretica considereꝛetur an infir mus inueniat nauseam z subuersionem anime z tremorem in labio z vertiginē. Et vniuersaliter signa declinationis na ture cum materia ad superiora: z tūc iu uet vomitu facto cum oximelle calefa cto cum lenitiuis frigidis. ¶Et[c] an in ueniat rugitus z inflāmatiōez in vtrisqz lateribus: z vniuersaliter signa declina tionis nature cuz materia ad inferiora:

o2a

mo ergo Aui. docet iuuare nāz in crisi eūonis. Scdo in crisi pmutatiōis. ibi ſa[_] Qd si inuenit[_] Prima in. v. primo docet iuuare nāz in crisi p vo mitū. ſo p fluxū ventris. tertio p vrinā. quarto p fluxū sanguis nariū. qn to p sudorē. ibi ſa[_] Et an inueniat[_] ibi ʒ[a][_] Aut vtrū[_] ibi quarta[_] Aut vtrū[_] ibi ʒ[a][_] Et si[_] Quāuis tñ sint alij spāles modi crisis ex his tñ dēt itelligi. In pma ḡ parte dicit qd dbēt ꝙsiderari ista signa i soda cretica. s. si eger pcipit nauseam z subuersionez stomachi z tremorem in labio z vni uersaliter signa declina tionis nature cuz mā ad supiora: ga tunc adiuuet cum vomitu facto ex oxi melle calefacto ex leniti uis frigidis. ¶Cōsidrā duz q nō temptat vomi tuz cū fortibus: ſz cū le nibus: vt oximelle cū le nitiuis frigidis vt sirupo violato. Et cōsidera dictum: tunc: qz in die in q̄ ista apparēt: z in hora: z est hora cretica.

c ¶Et an. ¶Hic etiā cōsidera dictum: z tunc. ¶Sz dubitaſ an tunc. s. in cretica die pp sodam possumus dare ista solu

tiua: vī q nō: imo nec aliqd agere ex virtute apho. xx. sēc particule. Ea quoz crisis fit. Amplius Halyab. v. prac. in hoc. c. dicit cephalea quedaz cretico fit motu: nec patiēs aliqua est mouēdus cura. Idem Rasis pmo conti. viij. c. Ubi dicit soda significans crisim nō oz phiberi nec curari. Idem arguitur specialiter q in die cretica qñ oz fieri crisis fluxu vētris nō debemus vti aliqua medicina p Aui. iij. can. fen. ij. vltimo. c. Ubi di cit: nō ergo moueaf oino. s. in die cretico cū medicina. In ꝓtrariuz Aui. hic. ¶Dicēduz generaliter ad qōnez q in die cretico vel nā mouet māz ad locū: z nihil de ea pōt extra educere: ex quo pōt seq soda: z alia mala accidētia: z tūc statiz medicus oz iuuare nām. v. g. mouef materia ad in testina: z pp aliquā fecis ficcitatē nihil extra ꝓtingit exire: imo rugit z tē dif vētus: z fit dolor capitis: z tūc dam⁹ aliqd lenitiuū: vel facim⁹ suppoſi toriū: vel clystē. Et ad ℔. A. intēdit intm qd ꝓcedit siracost. i. māna: pon dus nō magnū: ſz paruū. Et que cursu illoz zc. vt sirupū violaz cassiaz z similia: nō aūt ꝓcederet fortia solutiua: z eodē mō si nā direxit sanguinē ad nares: vel ad venas nasi: z nihil de eo exire potest: oz medicus conari apire illas venas: aliter possz cerebrū aparī: z sic de alijs crisibus. Sz si nā mouet materias z incipit eūare: tūc vel copiose fit eūatio: z tunc nihil

agas:

ctio vaporuz fortior. Et dū fricamus has fiat fricatio hec in aqua calida vt z motu fricationis z calore aque fortius trahanf inferius vapores. Quarto dicit si p hec oia nō sedatur hec soda radēdū est caput z empl'an dum post rasurā ipsius sequēti emplastro. ℞. flozz camomille folioz mal uaz z violaz añ. ℳ. i. alhasec. i. tribuli marini. ʒ. i. decoquanf in. ij. lib. aq̄ hordei donec totā biberint aquā deinde terant z more emplastri sup telā extensa calida actu capiti supponanf. Quinto dicit q ad extirpatio nez huius soda qnqz indigemus vētosis z sanguisugis. De vētosis qdē iam prediximus in prin. pticule istius. Sanguisuge vo debent applicari vel sub mētone vel in butto nasi vel sup collū vel in vena frontis vt ipse a cerebro subtrahant aliqd de sanguine calido malo vaporoso vel diuer tant talem qui ad cerebrum fertur ab inferioribus.

Et quandoqz. ¶In ʒ[a] parte ꝓncipali ꝓmittit q soda qnqz post febrē remanet cuius est accidēs z post egritudines acutas a qbus fuit introducta: qz sibi cām sue pmanētie in cerebro inuenit vel acqsiuit vt dispōnez passi vel humorē ꝓprium a quo dependet vel impssionē fortē z violentā cause eius agētis. Hoc pmisso so da isti assignat. v. remedia. Primū est cū cibis fridis z humidis alere in firmū vt in lactucis z portulacis z violarijs z aq̄ pisoz z hordeo mūda to: q̄tinus per ipsos mala cōplo quā febris impssit a qua soda pēdet pau latim tollaf. Scōm est ꝙfortatio capitis ex oleo rosaceo cū camomillino vel camomilla: vel per rosatū caput ꝙfortef z ifrigidef z per camomillaz vel camomillinū fiat resoluto fumoz z vapoz qui dolorē faciunt. Et ac cipe de ipsis mēsurā quā indiges: vt si magis q̄ris ꝙfortationē z ifrigida tionē q̄z resolutionē plus sume ex rosato: z si ecōtrario plus de camomil lino. Ter[m] est effundē aquā calidā sup ambas manus z ambos pedes q̄li bet die bis: puta mane semel z semel in sero: vt inde vapores iferius tra hanf. Quartū est iungere frontē z tpa violato oleo parū tepefacto qō ca put humectat z ipm infrigidat z dolorē lenit. Quintū est vt iuuef remo tio caloris soda faciētis cū extinguētib⁹ vt succo lactuce vel portulace vl nenupharis cū declinatio manifesta appet repletiōis tā vaporose q̄z mā lis humorose capitis. Mā si ꝓpter tētes extinguē calorē ꝙculcabis intus va pores z fumos simul cuz humoribus: vnde ꝓgabaf ꝓcexistētis soda.

¶De cura soda cretice. Capitulum. xxx.

Ā soda. ¶In hoc. c. ꝓmo agit de signis z cura soda q̄ fit in crisi per vomitū. Scdo per fluxuz vētris

i ibi[_] Et an iueniat[_] Tertio per vias vrinales: ibi[_] Aut vtrum iueniat grauitatē[_] Quarto per fluxū sanguis nariuz: ibi[_] Aut vtrū inueniat radios[_] Quinto per sudores: ibi[_] Et si inuenit[_] Sexto per aſa emunctorialē: ibi[_] Quod si inuenerit.[_]

¶In. i. pte ꝓmo nos admonet ꝙsiderare. v. signa qbus crisis per vomitū futura significaf. Primū est nausea pp mām vomitu expellēdam que ad stōm tēdit. Scōm est subuersio aie ꝓpter eādē causam. ¶Attēde q vomi tus z subuersio aie ꝙueniūt in hoc q sunt motus stōi ad expellenduz aliquid qd in eo est per viaz orie: sed differūt in hoc q subuersio aie est mo tus expellētis. s. stomachi sine motu expulsi seu rei expellēde. Sed vomi tus est motus expellētis. s. stomachi cum motu expellēde rei vt cibi vl po

tus vel nociui humoris. In vomitu igit motoz dñatur sup suum mobile z mobile obedit suo motori: sed in subuerſiōe neutrorū istoz fit. Nausea vo est dispositio stōi qua q̄si suscipit hos mot⁹: z est quasi declinatio eius ad hos mot⁹ aut multi tpis aut parui tēporis: vt ait princeps tertii. xiij. trac. v. ca. viij. Tertiū est tremor inferioris labij ꝓpter colligantiā ei⁹ cum orificio stomachi. Quartū est vertigo ꝓpter multitudinē fumoz z vapo rū qui ad capitis ꝓpraz z oculos declinant z eleuanf a malis materijs ad stōm cretice declinātibus. Quintū est gñale multiplex z vlr est oia signa declinationis nature cuz mā ad per ipsam expellēda ad supiora vt graui tas in vtrisqz tpibus z sonit⁹ z tinnitus z surditas que oia accidūt subito z qnqz associanf ei aut ꝓcedūt illud tpe paruo ꝓstrictio anhelitus z dolor in collo z tēsio mirach z ypocōdrioz ad supiora absqz dolore z inflāma tio capitis: vt ait princeps quarti. ij. trac. i. ca. iij. qō intitulaf de signis mo tus materieri in crisi ad supiora. Scdo hic innuit q cura huius soda est iuuare nām vt cito pficiat crisim cū vomitu quā natura intēdit. Mā ma teria per vomitū educta que sursum euaporās soda faciebat cito resoluē tur fumi z vapores qui caput ledebāt z cessabit soda. Dicit ergo ꝓnceps. Et tūc. s. cum ꝓdicta apparēt iuuef natura cum oximelle parū calefacto cum lenitiuis infrigidatis dato egro in potu vt vomituz festinet sm hūc modū. ℞. oximellis simplicis. ʒ. i. dissoluaf in. ʒ. v. aq̄ decoctionis malua rū violarie z atriplicis añ. ℳ. i. z fiat potus qui tepidus det ꝓ vna so la dosi. ¶Cōtra dicit Hyp. apho. ꝓ[a]. apho. xx. Ea quoz crisis fit z quo rū facta est eq̄liter non mouē neq̄z nouū facē neq̄z pharmacijs neq̄z alijs ꝓuocatiōib⁹ vti ſz finere. Et. G. in ꝓmē. dicit. Ea quoz crisis fit aut quo rū iā facta est eq̄lr nāe sunt ꝓmittenda: vt sm q ꝓpz facē faciat: neq̄z nos de ea itromittamus impediēda. ¶Dic q loquunf de crisi q̄ fit a nā forti ꝓpte z habilr de qua spaf vel iaz signa indicāt q cōpleto fiet: puta qm fit in die cretico digesta materia z virtute forti z ꝓcindicata est: hic vo princeps de futura crisi non adhuc incepta loqui videtur de qua timetur ne diminuta fit z incompleta.

Et an inueniat. ¶In. ij. ꝓmo ait q ꝙsiderare opz in soda cretica an eger iueniat in vtroq̄z latere sub ypocōdrijs sonitū rugit⁹ z inflāmatiōez vel inflationē z vlr alia signa de clinatiōis nature ipellētis cuz mā expellēda ad inferiora sicut difficultas in vrinādo pūctura in vētre z grauitas in eius pte inferiori z iflatio inguinū z multitudo tincture egōnis añ de qbus ꝓnceps quarti fa trac. ꝓmo c[m]. edidit. s. octauū. Scdo dicit q his signis apparētibus in soda cre tica natura iuuāda est cū sokone vētris z lenificatione nature siue intesti noz cū lubricatiuis lenib⁹ quoz ꝓpetas est linire superficiē intrinsecā inte stinoz vt materie per ea expellēde facilius effluāt z in suo fluxu per inte stina nō ea excorient sed ipa inueniāt velut loricata vestita z armata per leniētia z munda a fecibus que transitū humorū retardare poterant. Et in isto casu nō ꝓcipit vti attractiuis pharmacis: qa iam materia sponte declinat versus intestina: quare timenda esset effrenitatio fluxus vētris ab his. Et ipsa vt plurimum sunt calida acuta: z similiter materie crisis que fluxu ventris fit: quare timēda esset si cōiungerētur hec duo acu mina ne intestina ab his excoriarentur z excādesceret febris calliditas.

agas:q; pficietur euacuatio de se:t cessabit soda:t alta accñtia:t sic lo q tur Raf. Halyab.t Hyp. Uel eũo nõ fit coplose:sed diminuit:t imperfecta fit:t tũc eius cõplementũ. Uel põt fieri cũ re debili sicut cũ aliquo in citãte t dz fieri:q; nõ est in hoc timor: sicut crisis fluxu vẽtris: põt in die cretica pfici cum vno suppositorio:vel clysteri leui: vel potu sirupi violatiõn qbus nõ est timor. Uel opz q; cõpleat cum forti re:vt in fluxu vẽtris cũ solutio pharmaco:vt agarico turbith; t fikib' t tũc nõ debes eadez die oparí:q; posset nimis pcipitare materias:t facẽ fluxũ immoderatũ. Sed post in die non cretico:t cũ tam certꝰ es de iperfecta opatiõe nature: t q; p eã plus fieri nõ potuit: t tũc tu debes cũ medicina forti iuuare eaz:t b est q; Aut. inuit. liij. cañ. fen. ij. ca. de iudicijs eũ onis cũ dicit. Et qñ abbreuiaf euacuatio. Postq; effecerit q; efficiu. potuit per eã:oportet vt ad iunct. Ex qbus cõtraria cessant.

a Aut vtrũ iueniat. Considerandũ q; littera que dicit:mediãdo exponit triplicẽr. prio mediando.i.mediocribus t lenib' diureticis vtẽdo: t nõ fortibus. Fo mediãdo.i. viaz mediã sequendo. Ula enĩ per vrinã est media inter viaz per vomitũ sursum:t viam per fluxũ vẽtris deorsuz. tertio mediãdo.s. uosim seminis citruli. q.s.z.s. Hic ꝓsidera bonitatẽ cydoniorũ:t scribit. ij. cañ.

b Aut vtrũ. Hic ꝓsidera in mentẽ Aut. cadẽ q; scripsimus cũ dicit: eligẽt hec.i. apparitio talium accidẽtiuz t sanguis propterea nõ fluat:tũc enĩz opz q; iuuet:t hoc moũdo sternutationẽ cc. Appositio aũt oculoꝝ ad radios etiã mouet sternutationez:vt Ar. xxxiij. pble. iiij. proble.

Jacobus

Tertio subiungit per modũ exẽpli. v. medicinas vẽtris lenitiuas que in hac soda competunt. Prima est sirupus de prunis qui fit ex prunis in aqua decoctis remotis nucleis:deinde expressis per telã aut staminũ postea reductis iterũ ad ignẽ cum quarta sui parte albissime zuccare donec perueniãt ad spissitudinẽ mellis sicut docet princeps quinti prima tract. vi. capo. xxiiij. de quo da pro dosi egro. ʒj. i. cuz. ʒj. iij. vel. iiij. ptisane vel da de eo solo. ʒ. i. Secũda est pruna remotis nucleis ifusa in iuleb postq; peciatim incisa fuerint vt ipsa intumescãt per iuleb infusa fm hũc modũ Rc. iuleb simplicis qd de aqua simplici t albo zuccaro cõponi solet addẽdo modicũ de aqua rosacea lib. s. in quo infunde prunoꝝ incisoꝝ remotis nucleis. ʒ. xij. deinde parũ bulit post colando exprime t da actu tepidum infirmo bibe. Tertia est violaruz potus fm hunc modũ. Rc. cõserue violarum que de violis fit t albo zuccaro. ʒ. x. dissolue in. ʒ. iiij. iuleb vel aque hordei t da actu tepidã egro bibe. Quarta est sirupus de thamarindis qui sic cõponitur:t ita exhibetur vt sirupus de prunis. Quinta est pieraxet idest rob de succis fructuũ solubilium vt prunoruz thamarindorũ de quo da pro dosi nõ magnum pondus sed. ʒ. v. quas dissolue si vis in. ʒ. iiij. iuleb vel ptisane vel da ipsum sicut est: sufficit enim q; paruz emolliat feces t leniat intestina oia. Consequẽter innuit lenitiua alia dicens. Et que cursu eoꝝ precedunt vt cassiafistula mãna.

Aut utrum inueniat.

In tertia primo iubet intẽdere si in soda cretica sentiatur grauitas in partibus renuz t sub costis dorsi tendẽs ad posteriora:t vniuersaliter iubet intẽdẽ reliqua signa significãtia declinatiõez materie ad vias vrine cuiusmodi sunt grauitas in vesica t retẽtio in egestione t ardor virge t exuberãtia vrine t defectus signoꝝ eũonuz aliarũ vt meminit princeps quarti fẽ tracta. pmo ca. vij. Scõdo dicit q; his apparẽtibus medicet eger cũ diureticis:vt da ergo bibe potuz hũc tepidũ. Rc. oximelis simplicis vel diuretici aquosi potabilis. ʒ. iiij. in quo cõtere seminis melonũ. ʒ. ij. seminis citruli. ʒ. i. Tertio dicit q; cibet eger citoniis coctis vel carne citoniꝝ si citonia tunc inueniant:qm̃ phibent ascẽsuz vaporꝝ t fumoꝝ ad caput t puocãt vrinã non qdẽ per se sed per accñs ꝓstringendo vẽtrẽ: quapropter exprimit ad vias vrine ciboꝝ humiditas vt ait princeps. ij. cañ. capitulo de citonio.

Aut utrum inueniat.

In quarta primo ait q; in soda cretica ꝓsiderãdũ est si eger lueniat vel imaginetur ante eius oculos luminosos radios vel rubores aliquos vel res citrinas t elõget hoc.i. diu duret aut pseueret:t nõ fluat sanguis ex infirmi naribus:hec enim significãt crisim venturã per fluxũ sanguinis ex naribus volẽtis. Juxta illud Hypp. pnostico. ʒ. xxxv. In febribus si est dolor capitis:neq; ante oculos nigrioribus qbuslibet apparẽtibus sed veluti lãpadibus t sub ypocõdria dextra vel sinistra sũt tẽsiones t tumores t tetani his sine dolore sanguis fluxurus est e narib' Secũdo dicit q; qñ ista signa in hac soda apparẽt tũc sternutatio fiat cuz aceto naribus attracto. Et cuz vapore eius inclinatis naribus sup vapore eius:t insufflet cũ cãnali aliquo intra nares acetuz:t qñ malueris ad puocationez sternutationis ex his tribus eligẽ:sed hoꝝ suauius est aceti vapor. Tertio dicit q; ad puocationẽ sternutationis t fluxus sanguis ex naribus cõmoueat nasus egri cũ aliqbus aspis vt cum ramis rubee mi-

e Et si inuenerit. Unctiones. s. puocatiue sudoris: de qb' bñ li. iiij. fen. i. c. de cura putridaxin gñali. Ista tñ inũctio fiat fricãdo. s. abstergẽdo ne oleũ oppilet poros t bibẽdo. s. puocantia sudorẽ leuia:t nos vtimur cõiter potu calse aq̃. Sz tu. d. dz dari simplex vel cuz zuccaro. Dom q; regulr simplex est melioꝝ:q; i zuccaro est aliq̃ vis nutritiua:t tõ nã posset ad aliud aliqlr diuerti:tñ multa possent occurrẽ: ex qbꝰ parũ zuccari cũ illa aq̃ daremus: sicut debilitas aliq̃ ifirmi. Uel q; caderet estimatio:q; aq̃ pp zuccari dulcedinẽ magis penetraret: corpus. n. dilligit rẽ dulcẽ:t facit ipsaz penetrare: vt Fen. xvi. i. ca. de cura colice. Si tñ nõ esset aliud phibẽs: vtnũ paucũ cum illa aq̃ eẽt ad hoc potẽs. Et sup caput. s. ponant iste medicine puocatiue sudoris sint tẽperate. s. in actu vt poros dilatẽt:t in potẽtia: quia nõ sic fortiter puocãtes.

d Quo si. Hic sunt pmo signa apata apostematis lassitudis: idest carnis lasse rẽ. Ventose absq; scarificatõe. Lõsiderãdũ etiam q; si vide ref necessitas: possent poni cũ scarificatione: sz vt sit supple vt plimuz sine q: istemedicie vt plm sũt fride in qbus magis cõpetũt vẽtose sine scarificatiõe:t dat cãm quare cõpetũt. s. vt mã expellat a cerebro ad ptẽ ad quaz declinat t ibi hẽat terminationem per exituram.

ueatur nasus eius cum aliquibus asperis: aut apponat oculos suos radio solis si possibile est subito t intueatur ipsum: deinde dimitte ipsuz. Et si' inuenerit pulsum vndosum t inuenerit leuitatem in cute administrentur vnctiones fricando t bibendo t super caput: t oportet vt fiat temperate. Quod si inuenerit similitudinem mordicationis et doloris lassitudinis sub aure sua: aut ascella sua: aut inguine suo fiant super ea emplastra calida attractiua sicut menta t apium cuz butyro antiquo. Et forsasse indiget vt ventose absq; scarificatione apponantur vt materia ex cerebro expellat ad illud ad quod declinat t apostemetur.

De cura soda que dicitur fieri causa vermium. Cap. xxxi.

Portet vt

purgatõ fiat cum purgatiõe corporis t cerebri.

De cura sode que dicitur fieri causa vermium. Cap. xxxi.

Portet vt.

Hic annectit curam duarum specierum sode. t primo eius que fit a vermibus. secundo eius que fit ex somno. ibi secunda. Oportet. Considerãdũ q; Auicẽ. nesciebat vbi posset collocare istud

De partibus

noris aut maioris vel mellifolij vel cũ ramis spargule vel cuz spleis bladi vel siliginis intromissis naribus aut setis porcinis aut vnguibus acutis. Quarto dicit q; ad sternutationẽ puocandã t fluxũ sanguinis ex naribus apponat eger vel opponat subito suos oculos radijs solaribus si possibile sit t inspiciat solem: deinde dimittatur t sternutabit. Et addit hic princeps si possibile sit: quia potest esse q; tunc non irradiet sol super terram vel super locum hunc in quo iacet eger vel q; eger illud tolerare nolit nec commode possit.

Et si inuenerit.

In quinta primo innuit q; si in soda cretica medicus inuenerit pulsum egri vndosum t lenitatẽ in superficie sue cutis significat q; crisis vẽtura est cum sudoribus. Nã cuz masse humoꝝ partes subtiles in vaporẽ erũpunt dilatãtur ob hoc t humectant vene t arterie t sub digitis arteria tacta motuz reddit similez fluctibus aut vndis t pars vapoꝝ versus cutẽ trãsiens reddit eam lenẽ t humidã tactu. Secũdo hic innuit q; his apparentibus signis sudoris administrẽtur fricando manibus inũctiones cum diaforeticis remissi caloris: vt cum oleo camomille vel anetino: vel quod melius est fricẽtur corpus t extremitates cum aqua calida decoctionis florũ camomille melliloti furfuris quenõ claudit poros sicut facit oleũ sua viscositate nisi phibeatur ab oppilatione per fricationes. Tertio hic innuit q; etiã bibendo detur egro aliqd quod sudorẽ prouocet sicut vinũ albũ vel decoctio carui aut anisi vel aqua ciceruz. Quarto innuit etiã q; super caput embroca effundatur que sudorẽ prouocet sicut decoctio melliloti furfuris t camomille. Et oportet inquit vt fiat hoc totũ tẽperato modo sic q; inde febris nõ excandescat neq; dolor capitis per hoc augeatur.

Quod si inuenerit.

In sexta preinnuit q; si in soda cretica reperiat quasi mordicatio sub partibus auris vel in subasselia vel in inguine t veluti dolor lassitudinalis idest spontanee lassitudinis: tũc significatur q; crisis ventura est cũ apostemate huius emũctorij in quo hec sentiunt scilicet sub aure vel in subasselia vel in iguine. Secũdo dicit q; his apparẽtibus emplastra calida attractiua sunt applicãda illi emũctorio in quo hec sentiũtur quatinus accelerẽt t alleuient crisim que expectat vt est hoc emplastrũ. Rc. mẽte t apij añ. M. i. frigant cuz modico butyro antiquo t trita extendant sup telã grossam t actu calida sup emunctoriũ dolens applicent. Tertio dicit q; forte eger indiget appositiõe ventosaꝝ sine scarificatione sup dolẽs emunctorium vt fortitudine sue attractiõis accelerat crisim trahẽdo mãm a capite t mẽbris interioribus ad locũ apatis ad quez declinat maxime dum virtus pigra est t debilis t materia mordi.

De cura soda que dicitur fieri causa vermium. Cap. xxxi.

Portet ut.

In hoc capitulo dat curã soda que fit ex vermibus sub qnq; canonibus. Primus canon est: in hac soda cõuenit purgare corpus t purgare caput eũ pharmaciis eductiuis phlatis vt phlegma putridum de quo vermes fiũt t multiplicant t augmẽtant a corpe educãt. Prediger as igit hmõi phlegma dãdo egro in potu per auroras. v. q̃q; die. ʒ. i. sirupi de sticados cũ. ʒ. iiij. aq̃ bethonice vel aq̃ saluie. Et postq; fuerit digesta materia da sero dolẽti ppe ingressum lecti. ʒ. iiij. de pillis cochijs.

capitulum nisi hic:ꝛ forsan ꝙ potest dici soda per cõmunitatem.s.ad partes stricture nariũ in quibus vt plurimuꝫ illi vermes generantur. ¶ Lõsiderandum ꝓo ꝙ Aui.in hac cura intendit ad tria. Primo ad purgationem corporis.s.si currit cum hoc plenitudo:ꝛ ad purgationeꝫ capitis. Secundo ad interficiendum ꝛ educendum vermes. Tertio ad deducendum materias malas coassociatas vermibus:ꝛ patet totum.

¶ De cura sode que excitatur successiõe somni ꝛ dormitiõis. Cap.xxxij.

Portꝫ.

¶ In prima ꝑricula dat. v. signa lethargie fientis in medulla cerebri vel suba eius. Primũ est q̃ subeth seu sõnus ꝓfundus est fortior: in hac q̃ fit in lethargia pãiculari: q: phlegma in illa fortius humectat ⁊ ibibit cerebrũ ⁊ ligat organũ sensus cõis q̃ dũ colligit in dura suba pãniculari. Scõm est q̃ difficultas volũtariorꝝ motuũ est in ipsa maior ꝓpter hoc q̃ virtus volũtarie mouẽs in radice lesa est ⁊ plus impedita. s. cerebruꝫ: vnde nucha oritur que est principiũ motiuoꝝ neruoꝝ. Tertium est: q̃ in hac lethargia valde vehemẽs est albedo lingue ꝓpter phlegma plurimuꝫ qõ a cerebro per os colatorij cõtinue defluit ad palatũ ⁊ linguam quã vehementer dealbat. Quartum est: q̃ oculi multũ foras eminent in lethargia ista ⁊ tendũt ad exitũ ꝓpter apostema phlegmaticũ impellẽs cerebruꝫ interius cũ neruis opticis: ⁊ remollitionẽ neruoꝝ opticorũ ⁊ ligamẽtoꝝ qbus debẽt oculi sub suo situ naturali ſuari. Quintũ est q̃ difficultas volũtarij motus: ⁊ dolor sensatus in hac lethargia tendũt ad laxitudinẽ ⁊ remollitionẽ quandã ꝓpinquam paralysi ꝓpter humectationẽ vehementem substantie cerebri.

¶ Si autẽ est in ⁊c.] ¶ In secũda dat tria signa lethargie fientis in aliquo velaminuꝫ cerebri: puta dura matre vel pia matre. Primum est: q̃ in hac dolor est fortior ex difficultate penetrationis grossi phlegmatis frigidi ⁊ hebetis in substantiã duram pãicularem sicut in cholera que penetratio fieri non potest sine violẽtia. Secundũ est q̃ volũtarij motus sunt leniores ⁊ faciliores in hac lethargia q̃ in precedẽte ꝓpterea q̃ radix volũtarij motus: scilꝫ cerebruꝫ in hac minus lesa est ⁊ minus oppressa vel oppilata. Tertiũ est: q̃ retentio vrine ꝓpter obliuionem ⁊ debilitatẽ lacerti vrinalis multotiens accidit in his lethargicis. Et istud signũ nõ solꝫ cõuenit isti lethargie pãiculari: sꝫ prius ⁊ potius lethargie que fit in medulla cerebri: quoniã directe ligat ⁊ occupat memorie organum et liberũ prohibet transitũ spirituũ de ventriculo cerebri medio ad postremũ ⁊ per se ac directe ledit radicẽ voluntarij motus: scilꝫ postremã cerebri particulã: vnde nucha nascit. Et huic cõpatit vrinalis musculus cessans ab officio qõ est in vesica retinẽ vrinam donec affuerit vrinãdi volũtas: ⁊ relaxare ꝓstrictionẽ q̃n adest volũtas vrinãdi. Juxta illud principiꝫ ꝑmi ꝑma doc. qnta sũma. ij. cap. xxiij. Sup os vesice vnus existit musculus qui ipm circũdat cui⁹ villus sup ipsius os dilatat. Et eius qdem tuua mẽtum est vrinã vsq; ad horam volũtatis retinẽ: ⁊ cum volũtas expellẽdi affuerit eius relaxabit cõstrictio ⁊ ventris musculi vesicam vrgebũt et vrinã expulsiua adiuuante expellent: hec ille.

a ¶ Ex signis. ¶Hic ponit signa pnosticātia lethargiaz: ⁊ sunt tremor capitis: ⁊ pigritia: ⁊ grauitas motuuz: que significāt mās phlegmaticas abundātes in cerebro: maxime in pte posteriori vbi est principiū neruoz motiuorum plurimum.

b ¶Lūqz. ¶Hic primo ponit signa lethargie mortalis. ℞o salubris. ℞a ibi ¶ Et cū ¶Dicit primo q cū accidētia lethargie fiunt fortiora ⁊c. Per hec aūt accidētia lethargie intelligimus: vel accidētia significātia eā vt febris anhelitᵒ puus ⁊c. Vel accidētia ꝓsequētia: vt tremor mēbroz: vt sudor extremitatū: ⁊ quōcūqz intelligamus verificat: q si accidētia multiplicant: vnde significat vehementia passionis: ⁊ cū hoc multiplicat sudor est mortale: qa tūc sudor significat virtutis casum: ⁊ facit cadere virtutem.

c ¶Et cū. ¶Hic ponit signa laudabilis lethargie: ⁊ dicit: cuz anhelitus dilatat. i. magnificat: qa prius erat paruus ⁊ fit bonus: qa remouetur sua raritas ⁊ tarditas ⁊ declinat accidētia. s. de feuore capitis malicia pulsus ⁊ alie: ⁊ tūc tendit ad salutez. Et ppter ⁊c. q: materia istius egritudinis est phlatica grossa viscosa: ⁊ loca post aures sunt apta ad hanc materiā recipiendā. Ideo vt plurimū crisis fit per euz: vel eam. i. per apostema post aures.

¶ Ex signisᵃ autem incessus hominis ad lethargiam est multitudo tremoris capitis: cum pigritia ⁊ grauitate. Cūqzᵇ fortiora fiunt accidētia lethargie et multiplicatur sudor valde est tunc periculosum ꝓpterea q tūc sudor deijcit virtutem. ¶ Et cumᶜ spiritus dilatatur et fit bonus declinant accidentia tunc tendit ad salutez ⁊ ꝓprie si apparent apostemata post aurem: plurimum enim crisis eius fit per ea.

¶ De cura eius. Capitulum. ix.

ℑ non fuerit

s qō ꝓ bibeat phlebotomeᵏ prius: deinde administra eis clysteria acuta ⁊ attrahat mā ad iferiora. Et fac euz vomere cū pēna sinapi ⁊ melle illinita. ¶ Et fac euz gescere in domo luminosa ⁊ ꝓbibe ipsuz ne in subetb ꝓfundeᵏ assidue sedatiōe accītiū. ibi ℞a ¶ Et in ꝓncipio ¶ibi ʒª ¶ Et frica ¶ibi quarta ¶ Cū aūt in subetb ¶ibi 5ª ¶ Et cū nutris. ¶Scdo mō pōt diuidi. q ꝓmo. ℣. ponit curā magis in generali. ℞o in spāli. ibi ℞a ¶ Et in principio. ¶In cura gnāli Aui. ad tria intēdit. s. ad euōnē: ad tractū in ōriū: ⁊ ad sedationē accidētiū. ℙrima duo fiūt cū phlōmia ⁊ clysterib⁹ ⁊ vomitu. Tertiū fit ponēdo in domo luminosa. s. tēperate: vt ponūt alij doctores: ⁊ hoc ne calidū itus fugiat: ſz ex lumine ad exteriora moueat. Dubitaᵏ vtruz phlōmia cōperat in lethargia. Vſq nō: qa ℳeſ. nō precipit. Ampliusᵉ educto sanguine phlegma magis incrudaᵏ. In ōriuz Aui. et Alexāder. ¶Dicēdū vt supra dictū est: q si materia phlegmatica sit sanguini mixta: ⁊ indicationes ꝓsentiūt: ⁊ ꝓpe vtus vt Alex. dicit: fiat phlōmia. Indicationibus vo aduersantib⁹ nō fiat. Et sic cessant ʒria. ¶Dubitaᵏ quare nō dixit de pharmacia. Dicēdū q ꝓpter duo hoc fecit. ℙrimo qa forsan in ꝓncipio vult: q sis ꝓtentus acutis clysterijs: quouſqz aliqua maturatio appareat in materia: ⁊ postea vtaris solutiuis. ℞o qa dedit intelligi ex cañ. gñalibus de cura apatuz frigidoz. Dubitatur quare in lethargia in ꝓncipio vtimur clysterijs acutis: ⁊ nō in freneſi. ¶Dicendū q est ꝓpter tres causas ⁊ multas alias: que possent assignari. ℙrima qa febris est mitis. ℞a qa mā est grossa: nō apta furē ab acuitate clysteris. tertia qa vt plurimū minera istius phlegmatis est in stō: a quo satis diuertit ⁊ euacuat acutū clystē: ⁊ ideo ēt cōperit vomitᵒ. ¶Et ꝓsidera q ly deinde nō dicit ordinē necessariū: qa ꝗuis nō fiat phlebotomia: pōt fieri clystere. Unde Halyab. v. ꝓncti. statim ab eo inchoat. Et similiter alij auctores. Quid aūt sit ꝓmittendū state necessitate phlebotomie ⁊ clysteris: declaratuz est supra cap. de freneſi.

Jacobus

Ex signis aūt.

¶In. v. dat tria signa icessus hois. i. appꝛopinquatōis ⁊ dispōnis ad lethargiā. ℙrimū est multitudo tremoris capitis significās vtutez volūtarij motᵒ oppmi in radice. s. in pte postrema cēbri pcipue frigoris ⁊ hūiditatis supfluo excessu quo ⁊ vbi manie lethargia nascit. Scdz est pigritia ⁊ torꝛpor in volūtarijs motib⁹ vltra solitū cū dicto tremore sic q qes ārīa sic dispositis ⁊ abhorrēt motū ꝓpter multitudinē frigidoz phlatum relatiū neruos ⁊ radicē eoz ⁊ phibētiū liberū trāsitū spūuz per eos. Tertiū est isolita grauitas vel maior solita corpis ⁊ capitis ob eādē cām: cui ergo hec accidūt puideat sibi ne lethargicus fiat cum medicinis eductiuis ⁊ regimine sobrio gō declinet ad calidum ⁊ siccum.

Cūqz fortiora.

¶In. vj. ꝓmo ait q lethargia tūc est mortalis ⁊ pīcēs infirmū cuz syntomata ei⁹ vt obliuio subetb difficultas motuū pmixtio itellectus fortiora siūt: ⁊ sudores valde multiplicant: ideo q sudor tūc deijcit vtutē cuz syntomatibus malis mō tactis educēdo spūs ⁊ inatū caloꝛ per quos mā digeri debuerat ⁊ paulatiz resolui. Scdo dicit q cū lethargici dilatat spūs. i. anhelit⁹ ⁊ fit bonus facilis ⁊ bñ ordinat⁹ ⁊ declināt ac alleuiant syntomata ipius vt obliuio subetb difficultas motuū tūc lethargicus tēdit ad salutē ⁊ cōualescētiā: ⁊ pcipue si que apata tūc appareāt retro aurē infirmi: q: lethargia cretcat vt plurimū per hec apata qū vtus cēbri expulsiua est fortis ⁊ mām lethargie expellit ad glādulas post aures que sunt emūctoriū cerebro ꝓpriuz.

¶De cura eius. Cap. ix.

ℑ nō fuerit.

¶In hoc ca. cure lethargie ꝓmo agit de euōnib⁹ que in ꝓmis cōperūt. Scdo

s de dispōne domus ⁊ excitatiōe eius: ibi ¶ Et fac eū ¶Tertio de repercussione māe a ꝓncipio morbi ⁊ statim post: ibi ¶ Et in ꝓncipio ¶Quarto de potu aq: ibi ¶ Et nō potes ¶Quinto de remedijs localibus corꝛpis ⁊ capitī foras adhibēdis: ibi ¶ Deide iunge ¶Sexto de extremoz fricatiōibus ⁊ cōꝛpressionib⁹: ibi ¶ Et frica ¶Septimo de extractiōe egri a pfundo subetb: ibi ¶ Cū aūt in subetb ¶Octauo de cibatiōe ⁊ ꝓstructione extremoz post cibationem: ibi ¶ Et cū nutris ¶Nono de solutiuis qū morbus plōgaᵏ: ibi ¶ Oō si tibi ¶Decimo de remedijs obliuiōis egerendi ⁊ vrinandi: ibi ¶ Et cū accidit. ¶Undecimo de regimine lethargie finientis: ibi ¶ Deinde cuz finitur. ¶

¶In. j. pte ꝓmo ait q phlōmeᵏ ꝑus lethargicus si nō fuerit qō ꝓhibeat vt etas ifantie vel pueritie vel extremi senij vel tꝑs ineptuz phlōmie vel impregnatio de fetu ꝛaz magno: vel penuria sanguinis: vel debilitas magna vtutis infirmi. Juxta id Alex. j. practi. ca. de cura lethargie. Dia ꝓtē plāda sunt diligēter: ⁊ ea que ab antiqs ꝓcepta sunt custodiri suadeo: virutē dico infirmātis ⁊ habitudinē ⁊ alia quecūqz talia. i. etatē tēpus anni ⁊ ꝓsuetudinē. Et sic sanguinis his oibus ꝑtibus detractionez facies: si nō tibi aliqd de his que ꝑdicta sunt ꝓtra resistat ⁊ maxime vtus ꝑuidēda est: hec ille. ℳaſis vo. ix. almāsoris ⁊ libro diuisionū curaz lethargie tractans de phlebotomia nullaz penitus facit mentionē. Neqz ebemesue in prac. sua: forsan inde moti q hec egritudo de phlegmate nascit cui⁹ eductioni pharmacia ꝓuenit non phlebotomia. Itē sanguis in hac est frenū phlegmatis iuuans caloꝛ eius ad phlegmatis digestionē. Itē phlebotomia est euacuatio maxime debilitās infirmi virtutē ⁊ precipue dum de causa morbi grauis ⁊ suspecti nil penitus educitur. Sed Auēzoar tertio theisir capi. secūdo de apostemate phlegmatico dure matris ait. Et si fuerit apostema ex humore phlegmatico quod raro cōtingit: qa substantia huius pānniculi dura est phlegma vo grossum est: ideo vix recipit in eius substātia: ⁊ si recepit illud erit vtiqz phlegma albū subtile: tūc euacua ipsum cū modica phlebotomia: qa cito apparebit tuuamentū in phlebotomia: hec ille. Et Serapion primo breuiarij ca. de cura lethargie ait. Sz vides extractionem sanguinis necessariā ⁊ oia ista sunt cōueniētia tunc

De partibus

a ¶Et in oꝛtet vt phlebotomes venā. ¶Attēde q phlebotomia mediocris de vena cephalica in principio lethargie cōperē pōt si in egri sanguine non fit diminutio. ℙrimo vt cū sanguine aliqd educaᵏ phlegmatis peccantis secuz pmixti. Scdo vt alleuient grauitas capitis ⁊ oppilationes cerebri ⁊ somni ꝓfunditas. Tertio vt natura reddatur attētior in digestione phlegmatis ⁊ ꝑuersione eius ad nāz sanguinis ⁊ resolutiōe ptis que putruit. Et ad rōnes ꝓtra illud inductas. Ad primā q ℞aſ. ⁊ ℳeſ. nullaz phlebotomie mētionē faciūt in cura lethargie dic q locus ab auctoritate nō tenet negatiue. Uel q ipi intēdūt phlebotomiā non directe deberi cause lethargie sed pharmaciā. Ad secam dic q phlebotomia nō solum educit a venis sanguinē sed etiā aliqd phlegmatis qō sibi imiscet: quare lethargie materiaz minuit. Ad tertiā dic q nō tm̄ sanguinis per phlebotomiā est educēdū in cura lethargie qn satis remaneat ad resistendū frigori phlegmatis ⁊ cruditati ei⁹. Ad quartā dic q modesta phlebotomia in ꝓncipio egritudinis vbi ꝓuenit nō debilitat egruz debilitatiōe de qua fit curāduz: imo hūc alleuiat. Scdo dicit hic: deinde. i. post phlebotomiā administres eis. s. lethargicis clysteria acuta fortis attractiōis: vt trahāt materiā lethargie ꝓiunctā vel antecedētē ad inferiora. Et quatuor talia cuz suis auctoribus describit ℳeſ. ca. de lethargia dicēs. Filius Zaccarie clystere conferēs lethargie phlegmatice ⁊ obliuioni ⁊ apoplexie. ℞. cologntide interioris. ʒ. ij. ⁊. 5. cartami. ʒ. j. corticū radicis capparis seminis vtrice añ. ʒ. iiij. calamēti. ʒ. j. coquanᵏ oia in. iiij. lib. aque vsqz dum redeat ad lib. j. ⁊. 5. Et accipe huius expressionis lib. 5. murabati: idest mellis rosati. ʒ. j. ⁊ cuz oleo fiat clystē: scilz cuz quarti. 5. olei cōmunis ⁊ iniciatur. Filius Zaccarie. Clystere ꝓferēs lethargie melācholice: ⁊ est illa que rarius aduenit ⁊ si accidat raro eradicaᵏ: ⁊ apoplexie ab eadē cā. ℞. epythimi rubei. ʒ. j. cologntide interioris. ʒ. ij. polipodij. ʒ. 5. calamēti. ℥. j coquanᵏ sicut supius ⁊ fiat clystē cū oleo camomille. Galienus clystē efficax ⁊ sublime ad lethargiā ⁊ epilēsiaz apoplexiā ⁊ paralysim. Accipe arthanite. i. ciclaminis ⁊ cologntide interioris añ. ʒ. j. ⁊. 5. cartami. ʒ. j. cētauree minoris. ʒ. 5. ellebori albi. ʒ. j. ⁊. 5. hasce. i. thimi. ʒ. viij. coquanᵏ oia sicut diximus ⁊ clysterizeᵏ cū eo. Aliud nostrū. ℞. cologntide interioris. ʒ. ij. cētauree. ʒ. 5. cartami polipodij añ. ʒ. j. hysopi hasce. i. thymi radicum malue añ. ℥. j. mellis. ʒ. ij. salis masse. ʒ. 5. salis gēme. ʒ. iij. fiat sicut diximus: est. n. vtile si deus voluerit: hec ille. Sed mirū vt cū pharmacie ore sumpte multo fortius a capite attrahāt qz clysteria ⁊ a pfundatiōe in subetb magis ꝑseruēt quare nō iubenᵏ a ꝓncipio vari cū ista egritudo sit infidiosa plurimi ꝑiculi de morte festina non parū suspecta. Dic q obliuio facit vt pharmacū vix ordie recto trāsglutiri possit ⁊ qñqz eius ꝑs in arteriā vocalē decidit qñ egrū suffocās. Tertio iubet hic ꝓuocare vomituz ſm hūc modū. ℞. granoz finapis. ʒ. j. tere cū duab⁹. ʒ. mellis ⁊ in eis intinge pēnā pilosam ⁊ hāc ori impelle titillādo linguā vsqz gargareonez. Et sup hoc ℳeſ. c. de lethargia ait. Uomitᵒ quoqz ꝓuocādus cū finapi cū oximelle ⁊ oleo ⁊ sale ⁊ aq chrysolocaune. i. atriplicis est aut ficle. Nā per motū vomitus aliqd phlegmatis a capite excutiᵏ ⁊ expellit illud qō iniacet stomacho ⁊ ad caput effumās vel euaporās lethargiā aggrauat.

Et fac euz.

¶In ℞a parte ꝓmo ait q collocet ⁊ qescat patiens in domo seu camera luminosa splēdida q̄tinus lumine vel splēdore plurimo fiat excitatioꝛ ⁊ minᵒ obdormiens. Scdo ꝓcipit phibē infirmū ne ꝓfundeᵏ vehemēter in subetb seu somnū grauē. Et fiat istud excitādo ipm̄ sepe ⁊ assidue vel per clamores ad aures ipsi⁹: vel per strepitᵒ ⁊ tumultus fortes in ipius camera vel ipellēdo egrū aut trahēdo hincinde. Juxta illud ℳeſ. c. de lethargia. Et cōpleᵏ etiā quarta res cure locādo eos in domo lucida plena imaginibus in qua fit strepitus ⁊ tumultus loq̄ntiū ⁊ astantiū vehemēs cuz ingetudine egroz: ꝓuocando eos ad irā ⁊ iurgia vt nō pfundeᵏ in somno: ⁊ exercēdo coram eis mitus ⁊ strepitus horribiles ⁊ laboriosos.

Et in

a ¶Et in principio. ¶Hic ponit curaz in speciali:scilz ſm tẽpora.t primo quãdo lethargia eſt in principio.ſcõdo quando in augmẽto t ſtatu tertio quãdo in declinatiõe.ibi ſecũda¶Deinde inũge¶ibi tertia¶Dein de cũ finitur.¶Sed tu.d.quare nõ poſuit curã ſm diuerſitatẽ materiez. ¶Dicendũ q dedit intelligi ex hac forma curationis quã ponet:que eſt cũ repcuſſiuis t reſolutiuis:tamen qa lethargia vera ꝓprie phlegmatica eſt:ideo ad hãc videf di rigere cam.ſuos.¶Circa primũ dubitaf:an huic oleo roſ.t aceto debea mus miſcẽ aliquid calidũ:vel eis ſolũ vti.Videtur q aligd calidũ ex mẽte Alexã.in hoc cap.qui docet caſtorei aliquid ad miſcere.¶In cõtrariuz Auic.dicẽdũ q in princi pio principiãte poſſum9 vti iſtis puris:qa tũc ad ſolã repcuſſionẽ intẽdimus:ſed poſt ꝓncipiũ ꝓn cipians poſſumuz aliqd calidũ admiſcere:ꝓpter qualitatẽ humoris t ſub ſtãtiã:t videtur intẽtio Galie.xiij.terapẽ.ſcõ ꝓdubitaf:vtrũ debeat po ni frigidũ vel calidũ:ſiue tepefactũ.Dicenduz q auctores hoc nõ deter mĩnãt:volẽtes q forſan vtaris eis paruz calefactis:vel dimittentes tue eſtimatiõi:ſm diſpõnem caloris in capite t diſpõnis aeris t aliorũ.Du bitatur tertio cui parti capitis apponemus hoc oleũ roſ.Videtur q par ti poſteriori:qa,vbi oz fieri repercuſſio:ibi oz apponi:ſed queritur reper cuſſio a parte poſteriori.¶Amplius vbi ponitur medicamẽ reſolutiuuz: ibi videtur q debeat apponi repcuſſiuũ ; ſed parti poſteriori apponimus reſolutiua in hac egritudine:vt videtur docẽ Meſ.in ca.de lethargia:et i ca.de ſcamonea.¶In ꝓtrariũ eſt cañ.generalis ſupra poſitus in cano nibus generalib9 t in cap.de cura ſode tẽporalis.Dicẽdũ q in lethargia medicamẽ repcuſſiuũ oz apponi parti anteriori.dico tamẽ qõ nõ eſſet magnũ mirabile:ſi extẽderetur vſqz ad partẽ poſteriorẽ:hoc fuit de intẽ tione Galie.xiij.terapẽ.penultimo capitu.qui poſt ſermonẽ de lethargi cis t freneticis ꝓmiſſum dicit:huic parti anteriori debẽ apponi localia. Huius etiã ratio eſt duplex.Prima qa eſt locus hic aptus:vt virtutes me dicinarũ penetrent:t nõ timetur de nocumẽto neruorũ vt timef in parte poſteriori:vt ſupra declarabatur.Scõa ratio eſt:qa aſcẽſus materierũ ad caput maxime fit per anteriorẽ partẽ.Vapores enim qui ſurgũt a ſtoma cho:t vene aſcendẽtes ad cerebrũ:maxime attingũt partes cerebri an teriores ergo volentes a cerebro repcutẽ ſiue vapores ſtomatichos ſiue materias veniẽtes per venas:ſcilicz guidez:t adiacentes : fiet melius ſi parti anteriori apponimus repcuſſiuuz:dico tamẽ q nõ eſſet mirandũ:ſi quandoqz cuz repercuſſiuo extẽderemus nos vſqz ad partẽ poſteriorẽ:t hoc ſi eſtimatiua boni medici ſuaderet:q a partibus poſterioribus aſcen dit ſurſuz materia:quod põt contingẽ vt ſupra capitu.de egritudinibus per cõmunitatẽ.Etiam ſi inde confidis poſſe repellẽ materiã.Et ad cañ. Auicẽ.ſupra poſitũ gñalẽ.Dicẽdum q regularis eſt ille cañ.cum maiorẽ vtilitatẽ ſperas:ex appoſitione repcuſſiuorũ vſqz ad partem poſteriorez: qz ſit nocumentũ:quod ex his medicinis fieret nuchę:t origini neruoz.

excitando ipſum. ¶Et in principio[a] rei repelle materiam cuz oleo roſ.t ace to.¶Deinde poſt[b] duos dies a princi pio ſui admiſceatur eis caſtoreum t ſit acetum ſquilliticum. ¶Et non potes ipſum aqua frigida niſi parumper t in principio ꝓprie:t apud ſtatuz eius et ꝓprie in fine ſui ꝓhibe illud. ¶Deinde inũge fricãdo corpus ex oleo t ni tro t ſemine vrtice t laureole t pipe et piretro t ſimilib9.¶Et adminiſtra[c] em brocas fortis reſolutionis:t odoramẽ ta:t ſternutatoria:t gargariſmata ſub tiliatiua in quibus ſint albaſce t byſopus

Jacobus

Et in principio. ¶In.iij.iubet a ꝓncipio rei.ſ.lethargie repellẽ ſtatim fluentez materiã ad locum ap̃atis cũ oleo roſato cui qnta aceti pars imixta fuerit t praſum caput in de linitat:vel pãnus lineus iſtis ꝓimbibit9 capiti applicef nõ multũ frigi dus:ſz quaſi tepidus:nã ꝓfortat cerebrũ t ſuauiter repellit vapores t fu mos t humores malos qui ad ipm affluunt. Scõo ꝓcipit q duobus pri mis huius egritudis diebus trãſactis quibus applicabaf oleũ roſ.aceto p mixtũ poſt miſceri opz cũ oleo roſ.aligd caſtorei t his addi loco ſimpli cis aceti ſqlliticũ acetũ ſm hũc modũ.℞.olei roſ.quartl.j.caſtorei ꝓritũ z.ij.aceti ſqllitici.z.vj.miſceanf t de toto tepido liniatur caput vt partiz per oleũ ꝓfortet cerebrum repellẽs vapores partim per caſtoreũ t ſquil lam reſoluat aligd materie phlegma quoqz digerat. Juxta id Alex.ꝓmo practi.ca.lx.Optime igit ad hoc vt reprimanf vapores a capite facit ori rodinũ.i.oleũ roſeuz t acetũ. Corroborat.n.hoc caput t maxie in initio egritudis fiat hoc vt nõ facile ſuſcipiat moleſtatẽ in eo reliquum vaporẽ qui inferebaf. Cõſeqnter ſubdit.Qui enim circũtenef in cerebro humor phlaticus eſt t frigidus:t ideo opz admiſceri in decoctiõe oxirodini qõ ſubtiliare humorẽ ſimul valeat quale eſt pencedanũ.i.feniculus porcin9 aut caſtoreum aut pulegiũ aut calamẽtuz aut thymus. Et Raſ.ix.almã. ait.Caput ꝓterea vſqz ad diatricum primũ.i.tres primos dies cuz oxiro dino infundemus.Et Meſ.ca.de lethargia ait.Tertia res quertit regi men ad hos vt repelliaf materia que trãſmittif ad caput aut reſoluaf trãſ miſſa.Et cõplef in principio rei cum repcuſſiuis medicinis ſicut cuz oleo roſato ꝓprie ꝓquaſſato cum aceto.Et cõplef in pceſſu rei cuz repcuſſiuis in pte t in pte reſolutiuis:ſicut qui recte oleo roſ.t aceto miſceri docuit caſtoreuz ꝓquaſſatum t ſuperpoſitum:hec ille.

Et non potes. ¶In quarta pcipit q aqua frigida lethar gico in potu nõ exhibeat niſi parũper ideſt paulatiue vel modicũ de ea t ꝓprie in principio detur ex hac modicuz ſi tẽpore aliquo morbi cõueniat vt materiam fluẽ ꝓhibeat febrẽ t ebulli tionẽ coherceat t repri mat vapores aſcẽdẽtes ad caput maxime quãdo lethargia naſcitur vel a potu vini fumoſi exceſſiuo vel a vaporoſis vt ce pibus aut porris aut fungis malignis.Secũdo dicit q phibẽdus eſt po tus aque frigide apud ſtatũ eius:ſcilz lethargie t ꝓprie in fine ſtat9:quo niã phibet reſolutionẽ materie t ipſaz reincrudat t frigore ipſius ampli us in ſubeth profundat infirmũ t calorẽ innatuz predebilitatum forſitan mortificat t virtutem deiicit t neruos offendit.Ebemeſue vero capitu lo de lethargia nullo morbi tẽpore aque frigide potũ lethargicis ꝓcedit. Ait.n.illic de dieta loquẽs.Et alienet ab aqua frida oio:t id puto tuti9.

Deinde inunge. ¶In.v.refert.viij.remedia miniſtran da deforis in lethargia poſt phliaz t cly ſma.Primũ eſt:q corpus lethargici fricef vngẽdo cum calidis t attra

Fen.I.tertii.

Quãuis tamen medicamẽ repcuſſiuũ in lethargia debeat maxime appli cari ꝓti anteriori:medicine tñ reſolutiue pñt plus applicari ꝓti poſteriori Ratio eſt duplex.Prima qz ex quo mã iaz eſt in pte:vnde queritf reſolutio medicamẽ poñtũ ſup eadẽ pte:põt illã mãm attingẽ.Scõa rõ eſt:qa non timef nuche t neruis:de nocumẽto a reſolutiuis cum ſint calida:ſicut ti mef de nocumẽto a repcuſſiuis:cũ ſint frigida. Tertia cã eſt:qa denſitas oſſis poſterioris non ſic impedit virtutez calido rũ:cum ſint magis ꝓfun dabilia:t penetrantia ſi cut ipedit virtutez frigi doz:que ſunt non ſic pe netratiua:vt ſunt medici ne calide. Et ideo aucto res exꝑſſerũt calidas me dicinaz in lethargia:que eſt apa partis illiuz poni ad partẽ poſteriorẽ. Nõ ãt dixerũt b de frigidis repcuſſiuis. Quãuis tñ calide medicine poſſint ibi poni:pñt etiaz t debẽt poni ad partẽ capitiz ſuperiorem:t reſoluẽt etiã de materia partis poſteriorisvt eſt notum.

b ¶Deinde poſt duos.¶Hic ponit curã in ꝓceſſu ꝓncipij:t in aug mẽto t in ſtatu.¶Ad cuius intellectũ cõſidera:q Auic.intẽdit in his tẽ poribus ad qnqz.Primo ad remotionẽ materie a partibus capitis.ſecũ do ad diuerſionẽ.tertio ad remotionẽ vel ad ſedationẽ accidẽtis.quarto ad rectificationẽ regiminis.qnto ad euacuationẽ materie cum pharma cia.ſm hoc ergo qnqz facit.ibi ſecũda¶Et frica¶ibi tertia¶Cuz aũt¶ibi quarta¶Et cuz¶ibi qnta¶Qõ ſi tibi.¶Ad primi euidẽtiã cõſidera:q remotio materierũ a ptibus capitis fit in ꝓceſſu ꝓncipij cuz repcuſſiuis mixtis cũ reſolutiuis:t ideo dixit admiſceaf eis.ſ.oleo roſ.t aceto caſto reuz:t ſit acetũ ſquilliticũ:qa reſolutiuũ virtute ſquille.Et ne aliqs cre deret q aqua frigida cõpeteret in hoc tẽpore:qa ſedaret motum materie rũ:ideo oino phibet aquam frigidã:niſi parũper ideſt niſi paruz frigida: qa ſit parũper calida:ſaltez ſicut in qua parũ ſol impreſſit. Alij tñ dicunt niſi parũ.i.niſi pauca quantitas.Et qa nocumẽtum frigide aque eſt mul tũ:ideo Auicẽ.dixit nõ potes aqua frigida in principio:ſcilz nõ potes fri gida aqua ꝓpe.Et apud ſtatũ.ſ.nõ potes aqua frigida:t ꝓprie in fine t ẽ. ſ.nõ potes frigida aqua:qz in his tpibus querif reſolutio quã aqua impe dit.Et per ꝓncipiuz t ſtatũ:dedit intelligi augmentũ.Ergo qa aqua fri gida in nullo tẽpore cõpetit:ideo dicit:t ꝓhibe illud.ſ.aquã frigidaz:ſed tu diceres competit ne vinuz.¶Dicendũ ſm Alexã.q nõ:niſi digeſtio appareat in materia:potus aũt cõmẽdatus eſt aqua mellis. Cõſiderãdũ vlterius q qñ iam ceſſat curſus materierũ ad caput:poſſumus vti puris tribus t fortioribus reſolutiuis etiã ſtãte curſu poſſumus eis vti ad reliquũ corpus:vt materia diuertatur t reſoluatur:t ideo dicit:deinde vnge corpus:t hoc ad reſolutionez materierum:t etiam diuerſionẽ:t illud fit procedente augmento.

c ¶Et adminiſtra embrocas.¶Et illud fit cum ceſſauit curſus:t eſt intentio ad remotionem materierum a capite:per fortem reſolutionem: t talis etiam materierum remotio fieri poteſt per ſternutatoria : et alia:

De partibus

ctiuis ac reſolutiuis vt oleo t nitro t ſemine vrtice t laureole t pipe t pi retro t ſimilibus vt ſinapi pigano t ſimo colũbino ſm hos modos.℞. olei cõmunis oliuarũ dulciuz quartl.j.tere in eo nitri t ſeminũ vrtice ac laureole.añ.z.ij.t fiat vnguẽtuz cum quo ſatis calido collũ t dorſuz egri fricando fortiter vnge donec rubeant . Attrahũtur enim per illud vapo res t humores foras t diuertũtur potẽter a capite:t inde patiẽs euigila tur t retrahif a ſubeth profundo. Aliud vnguẽtuz ſimiliter cõferẽs.℞.pi peris piretri añ.z.ij.ſinapis.z.iij.teras t cõmiſceas cum.ʒ.iiij.olei ruta cei t fiat vnguẽtũ.¶Aliud.℞.ſtaphiſagrie pigani añ.z.ij.terãtur opti me cũ.ʒ.iij.olei de caſtoreo t fiat vnguẽtũ. Juxta illud Meſ.auctorita te Filagrij ca.de lethargia.Stimulantia corpus ſunt de genẽ mãz diuer tere facientium t opantur plus qz fricatio extremitatũ t cõpreſſio doloro ſa.Et ſunt ꝓprie quãdo linimẽta t cõfricationes fiunt cũ rebus acutis ſi cut eſt acetũ ſquilliticũ:t ſqlla ꝓprie t ſinapis cũ aceto:t vrtica t ſemen eius t piretrũ t ſemẽ almezerion t folia almezerion.Ex iſtis enim cum fri cãtur extrema mã ad diuerſum trahif t ſubeth impedif vt nõ ꝓfundef in ipm ſi deus voluerit:hec ille.Scõm eſt adminiſtratio embrocaruz fortis reſolutiõis ſup caput infirmi poſt euacuatiões t digeſtionẽ materie: ſicut ſunt iſte.℞.ſaluie bethonice rute calamẽti añ.Meſ.j.fiat decoctio i aqua fontis ad quantitatẽ.iij.lib.que calida ab alto ſup caput egri ve mane ef fundatur.¶Alia.℞.granoz lauri granorũ iunipi ſauine garioſiloz nu cis muſcate añ.z.ij.ꝓquaſſenf t bulliãtur in lib.iiij.aque mũde donec ip ſa redeat ad medietatẽ:deinde coletur t calida capiti ſupfundaf.¶Alia ℞.anthos ſticados arabici maiorane grane tinctorũ añ.Meſ.j.fiat deco ctio vt prius t embrocetur. Tertiuz eſt odoramẽta calida que deſcribit Meſ.capit.de lethargia dicẽs.Sed ex odorabilibus in hac parte eſt ne mẽ.i.ſerpilluz vt exponit Januenſ.vel nemẽ.i.ſiſimbriũ vt exponit trãſla tor Auicẽne.Et haſce.i.thimus t ꝓprie in proceſſu rei t caſtoreũ t cala mẽtum t ruta:t fimus piloz ignitoz cũ caſtoreo:quoniã excitat cuz:aut capillorũ infirmi quos prius euulſiſti euulſione doloroſa:hec ille.Quar tuz eſt ſternutatoria naribus adhibita aut inſufflata. Juxta id Alex.ꝓmo practice capi.de cura lethargie.Qõ ſi pmãſerit paſſio t difficiles ſint ad excitandũ vti oportet optarmicis ideſt ſternutatorijs que ſternutuz mo ueãt qualia ſunt ſtrutiũ.i.radix ſilis elleboro albo pro qua ipm ſummus cũ caſtoreo aut pipe aut euforbio aut epithimo:hoc.n.narib9 inſufflãdũ eſt.Aliud aũt cũ pẽna illiniẽdũ eſt:ſz nõ opz freqnter hoc fieri:ſuffocaf.n. vtus eoz t adhuc repletões magis fiũt capiti:hec Alexãder.Quintũ eſt gargariſmata ſubtiliatiua in qbus ſint albaſce ideſt thimus t byſopus t calamentũ:t originuz ſm hunc modũ.℞.thimi byſopi ficce calamẽti t origani añ.Meſ.j.fiat decoctio in.iij.lib.aque cum quartl.j.mellis donec redierit ad medietatẽ poſtea coletur t de ea calida mane in ieiuno garga rizetur vnũ coclear poſt aliud:nã phlegma ſubtiliat t ipſuz a cerebro de

que ponit que materiam euacuando ⁊ resoluendo a capite remouent. Tempus autem vsus omnium istorum est notus: per generales canones supra tractatu primo.

a ¶Et frica extremitates.]¶Hec est cura ad diuertendū materias: ⁊ quāuis hoc multus cōpetat in principio ⁊ augmēto: tamen in statu ⁊ declinatione cōpetit vt cerebrū debile nō suscipiat corpis vapores: ⁊ ideo virtus fiat assidue.

b ¶Cūq; autem in subeth profundi fiūt ⁊c.]¶Hic intendit ad accidens quod est subeth: et intendit cum duobus. Primo cum eo quod opponitur accidenti euigilando: sicut est molestia eis facta euellendo capillos quosdā: vt tymoris quia est in corū euulsione maior dolor: propter sensum musculi ibi existētis. secūdo intendit ad remotionē eius: per remotionē causē: cum ventosis diuertentibus vapores illos phlegmaticos: que ponunt apud nocrā s. in collo cuz igne: absq; scisione: si materia est pure phlegmatica: ⁊ fortasse cum incisione: ⁊ patet.

⁊ calamentum ⁊ origanum. Et gargarisma cuz melle ⁊ squilla ⁊ reliquis que sciuisti in canone. Et cum squillam super caput eius administras propter humidam valde ea iuuatur: et administra etiam reliqua rubificantia super caput: ⁊ linimentum fac cum sinapi. ¶Et frica[a] extremitates eius: ⁊ comprime eas donec rubescant ⁊ doleant quoniam est magni iuuamenti ⁊ fiat illud assidue.

¶Cum autem[b] in subeth profundi fiunt extende capillos ipsorum et euelle quosdam eorum: ⁊ pone etiaz apud nocram ventosas multas cum igne absq; incisione: ⁊ fortasse incisio tibi necessaria est cuz est necessitas euacuatiōis sanguinis. ¶Et cum nutris[c] nutri eos cū aliquibus que sint sicut aqua lupinoruz et aqua ciceris cum hordeo fracto.

¶Cūq;[d] eos cibaueris comprime extrema ipsorum aliquibus horis: vt vapor ad superiora non trahatur. ¶Dō si[e] tibi necessarium fuerit propter egritudinis longitudinem vt poteo ipsum solutiuo ⁊ proprie quando cum ipsa apparet tremor pota ipsuz duabus tertijs auri. ex castoreo cū pauca scamonea que sit minus pōdere vnis danic: et si timeā

lupinorū mouent materias ad vrinā. Hordeū fractū ad aliqualē nutrica tionez maiorem quaz sit in illis aquis.

d ¶Cūq; eos cibaueris.]¶Iste casi. est expositus supra in ca. de canonibus generalibus.

e ¶Quod si tibi.]¶Hic ponit curā per euacuationē cum pharmacia. Et secūdo iterū intendit ad accidētis remotionē. ibi secūda[Et cuz accidit.]¶Circa primā partez cōsidera: q; Auic. primo ponit quid idicat solutionē: q; duo sunt: scilz lōgitudo egritudis quā times: ⁊ hoc propter materiā multam: vel etiam lōgitudo que iam est: quia plures iam transierūt dies: ꝑm est tremor. qa etiā multam materiā significat. secūdo ponit hoc solutiuū: ⁊ est castorei due tertie partes aurei. ⁊ sūt duo. ℥. qui sunt due tertie vnius aurei. si aureus est. ʒ. j. et scamonea: que sit minus vno danic: danic est. viij. g. hordei apō quosdam est. iiij. sit ergo minus: qa sufficiunt grana. ij. Alexā. vero talē facit ꝓportionē sufficitūr duo. ℥. castorei: cui admiscebis dyagredij. ℥. j. aut ampli. aut minus ꝑm virtutē. Sed tu diceres: ad quid datur scamonea.

e ¶Et cum nutris.]¶Hec est rectificatio regiminis. Aqua ciceruz et

Jacobus

scendere facit vt sternutatoria ⁊ potēter aperit vias colatorij. Gargarisma aliud. ℞. succi squille. ʒ. j. mellis. ʒ. iij. sinapi. ʒ. ſ. dissoluantur in. ʒ. iiij. hydromellis ⁊ fac gargarisma. Et Serapion. capitulo de cura lethargie ait. Et si est possibile fac eos gargarizare cum hierapigra cōfecta cum secanabin idest oximelle facto cuz aceto squille. Signanter dicit si est possibile quonia frequenter mens ⁊ memoria adeo turbantur ꝙ nescit eger cōducere hoc opus: vel tñ opprimitur grauedine subeth ꝙ sufficienter ad gargarizandū nequit euigilari. Sextū est: vt humida squilla cōterantur ⁊ extēsa calida super pānum lineuz capiti apponatur. Iuuat enim valde phlegma subtiliās ⁊ ipsuz resoluēs ⁊ vias aperiēs. Juxta illud ℳes. capitulo de lethargia aucto. andromaci. ¶Accipe squillam ⁊ tere ⁊ calidā super locū quantuz ex ea oportet puppi capitis applica postēz cū oleo rosato ⁊ aceto ⁊ castoreo cōquassatis locuz inunxeris. Septimū est: ꝙ reliqua rubificantia super caput applicētur vt euforbiū sinapis fimus colūbinus piper piretrum. Juxta illud ℳesue ibi. Emplastrū ex arte nostra cōferens lethargie ⁊ subeth ⁊ euigilare faciens. ℞. piretri sinapis squille añ. ʒ. j. castorei euforbij añ. ʒ. v. misce oia cuz succo affodilli ⁊ succo sanguis ⁊ emplastretur ex eis puppis capitis. Octauuz est linimentū puppis factū cū sinapi ꝑm hūc modū. ℞. granoruz sinapis bene ꝓtritoꝝ quarti. ſ. carnitū ficuum fermēti acris añ. ʒ. ſ. misceantur cū. ʒ. iij. oximellis squillitici ⁊ fac linimentū. Vel fac cum sinapi sola cōtrita calida adhibita. Linimentū aliud quod ℳesue refert auctoritate archigenis. Archigenes inquit linimentū resoluēs lethargiaz ⁊ subeth. ℞. olei de ben vel pro eo tantūdē olei laurini olei nardini ⁊ costini añ. partē. j. castorei quartā partis vnius euforbij tantūdē ⁊ piretri similiter: squille partez. j. ⁊ ſ. fiat ex oibus linimentū ⁊ epythimetur cuz eo. Et Alexander practice primo capitulo. lx. ait. Sed illinienda est frons aut castoreo aut capillis hois vstis ⁊ tritis cum aceto. ℳultuz enim iuuat ⁊ excitat sic iacentē: est enim hoc contra passionem physicum: idest a proprietate operans sine apparente ratione.

Et frica extremitates.

¶In sexta primo ait ꝙ assidue fricētur extremitates lethargici vt tybie ⁊ pedes vel cum manu calida vel cuz pānis asperis vel cuz medicinis calidis acutis. Juxta id Alexandri primo practice capitulo. lx. Fricari aūt oportet coxas frequēter ꝯplurime ⁊ oleo, ficionio idest de radice cucumeris agrestis preungi aut sqllitico aceto. Interdū etiam ⁊ ipsa sqlla aut sinapi cuz aceto trita cataplasma impones coxis: hoc enim nimiū illata grauedine somni oppressos mortifere excitare potest. Secūdo iubet hic ꝙ assidue cōprimātur extremitates: vt manus ⁊ pedes donec ipe rubescant ⁊ inde doleāt vel ligādo fortiter ⁊ dolorose cū chordis aut instītis: vel percutiēdo virgis subtilibus: vel vrticando mordacibus vrticis. Nam plurimum conferunt he frictiones ⁊ compressiones in expergefactione lethargici ⁊ diuersione vaporum ⁊ humorum a partibus capitis.

Cum autem.

¶In septima precipit extēdere fortiter ⁊ extrahere capillos lethargicoꝝ ⁊ euellē aliquos cuz violētia quādo ꝓfundātur vehemēter in subeth: expergiscūt enim ⁊ euigilant sepe dolore isto ⁊ hac violentia: precipue si sit eis barba oblōga et tractu euellatur: nā cutis barbe multo tenerior ⁊ sensibilior est hac que tegit craneum ⁊ dolor eius plus humores diuertit ⁊ etiā vapores a partibus capitis. Secūdo precipit multas super nocrā adhibē ventosas cuz intercluso igne sine incisione seu scarificatione. Et fortasse interdū scarificatio necessaria erit si fuerit opus sāguinis eductiōe. Juxta illud ℳes. capitu. de lethargia. Secūda res in cura lethargie est cōuertere materiaz ad oppositū ⁊ diuersum ⁊ digerē de parte in partem. Et hec quidē cōpletur cuz fricatiōibus extremitatū ⁊ cum cōpressione dolorosa in eis facta ⁊ ligaturis fortibus ⁊ effusione aque calide in eis ⁊ ventosatiōe sine scarificatione que ꝓcedat descēdēdo sicut ꝓbigratia incipiēdo a nucha ⁊ collo subdescēdēdo ad spatulas ⁊ brachia ⁊ crura: ⁊ est res efficax. Et p nocram hic intellige posteriorez partem colli.

Et cum nutris

¶In octaua primo ait ꝙ cū nutriuntur lethargici nutriēdi sunt cū aqua decoctionis lupinoꝝ vel pureta ciceruz cum hordeo fracto. Nam per istos cibos

Be partibus

Dicēdum

phlegma digerit vie aperiūtur: ⁊ inferius deducūtur humores. Signāter dicit cum nutris ga lethargici quādoq; nihil transglutire possunt et cuz cibus aliqs vel potus quicūq; in os intromittitur reuertit illico per os aut per nares. Alexāder vero primo practice capitulo. lx. sic lethargicorū dietaz ordinauit. Danda sunt etiā nō soluz adiutoria que subtilient humores sed ⁊ que nutriāt qualis est succus de amigdalis idest lac amigdalarū cum modico melle coctus. Dari aūt oportet ⁊ ptisane succos. i. hordeatū habentes comas porroꝝ. Aut apij radices aut hysopū si nō nimis febriant. Quod si fuerit febris nimia nō oportet simul hysopuz coq cuz hordeo supple: sed sufficiāt eis radices apij sole ⁊ simplici oximelli admixte: ⁊ post ptisanas vel cū ipis potabis idest dabis bibere. Bonuz est ⁊ micas panis cuz apomellito vel hydromellito dari. Et est apomellituz mellita aqua in qua faunus mellis prius lauabat: hydromelleon aūt aut cibariaticon nō oportet eis dari. Et per hydromelleon vel hydromellitū hydromel intellige. Et per cibariaticon potum quēlibet qui loco vini fit vt est medo vel ceruisia teste Januen. Sed neq; guidion aut aliqō vinuz cum adhuc indigesta est egritudo dabis. Hinditi ingt Januen. apud Alexandrū reperto inter cibos pleureticoꝝ: qō quidam atriplicē ponūt. Inicū vero faciente digestiōe nihil phibet vinum dari modice: hec ille. Et ℳesue capitu. de lethargia ait. Quarta res est regimē in dieta ⁊ cōpletur cibis ⁊ potibus cōueniētibus sicut est aqua ciceris: ⁊ aqua hordei cū barbis porrorū ⁊ hysopo ⁊ ruta: ⁊ hydromelle ⁊ allia cum pipe pauco si nō multū febriat. Et alienetur ab aqua frigida oino: hec ille. Et Auēzoar tertio theisir capitu. secūdo ait. Et phibe ipsum a cibis grossis. Et sit cibus eius aqua mellis subtilis vltime subtilitatis. Aut ponat loco mellis sirupū acetosum ex melle simplici. Et quantitas panis cuz comederit cum eo sit quasi. ʒ. due. Secūdo dicit ꝙ cum lethargicus cibatus fuerit cōprimende sunt eius extremitates vt tybie ⁊ pedes aliqbus horis cuz manutergijs aut instītis fortib⁹ satis dolorose vt assumpti cibi vapor nō ascēdat ad superiora sed trahatur potius ad inferiora.

Quod si tibi.

¶In. x. primo ait ꝙ si oporteat dari lethargico solutiuū pharmacum in potiōe ꝓpter lōgitudinem sue egritudinis ex repletiōe ⁊ precipue dum tremor apparet dentur sibi in potu due tertie aurei de castoreo cuz pauca scamonea que sit minus pōdere danic vnius. Et est danic pōdus octo granoꝝ teste Januen. Des ergo hoc pharmacū mane in hora tepiduz bibere. ℞. castorei ʒ. j. scamonee mastices añ. grana. vij. terantur hec oia ⁊ incorpentur cum ʒ. iiij. aque mellis tepide ⁊ fiat dosis. Alexander vero primo practice ca. lx. ait. Si aūt ⁊ plectoricus idest humoribus fuerit lethargicus cuz hoc scilicet oximelle aliquid qō deducat ventrē dabis ⁊ maxime dyagredium sufficiunt eni duo scrupuli castorei cui admiscebis dyagredij. ℥. i. aut amplius modice aut minus ꝑm virtutē attendēs. Et ℳes. capit. de lethargia auctoritate Alexandri idem repetit. Sed mirū videtur ꝙ in egritudine phlegmatica viri isti solēnes scamoneā exhibeāt que ꝓncipaliter choleram euacuat ⁊ relinquant esulā ⁊ coloquintidā que primo ⁊ potenter phlegma euacuant: nisi esset ꝙ scamonea cuz hoc ꝙ euacuat cholerā educit ⁊ phlegmata velociter operans. Unde a democrito per antonomasiā solutiuū appellatū est. Et castoreum cui ipsa permiscetur vna cū oximelle appropriat ipsam quodāmō: ad phlegma veluti species in cōfectione hierapigre posite appropriant aloen ad resoluendū phlegmata. Mō tamen negandū est quin coloqntida sit lethargicorū idoneum pharmacū. Juxta id Auenzoar. iij. tractatu primo theisir capitu. v. Deinde vero lapa ipsum cum infusiōe coloquintide ⁊ semine cartami ⁊ semine vrtice in fundātur omnia hec in aqua in qua fit coctū de mastice vt ipius odor alteretur. Deinde misce aliquid de secanabin idest oximelle ⁊ modicū sirupi de squinanto: hec ille. Et si patiens transglutire posset. ʒ. j. ⁊ ſ. pillularū cochiarū vel ipsas bibere predissolutas in. ʒ. iiij. vel hydromellis vel oximellis a capite potēter ⁊ a toto corpe phlegmata educerent itidē facerent. ʒ. iiij. hieralogodion vel. ʒ. iij. hiere ruffi dissolute in. ʒ. v. hydromellis. Secūdo dicit hic ꝙ si timeatur superfluitas febris vel ꝯsādescētia caloris a pharmaco lethargiaz semper cōcomitantis alienandi est et fugienda scamonea ꝓpter excessum sue cōmotionis ⁊ calefactiōis ⁊ sufficit tunc dare castoreū ⁊ permutare malam cōplexiōez abūdantis phlegmatis sine

Dicendum q̄ acuit castoreum: ⁊ vt sic iuuat ad phlegmatum euacuationem: tertio Aui. ponit, phibens: vt fortitudo febris ⁊ dicit: sis ꝓtentus p mutatione cōplexionis. s. cum rebus calidis: que phlegma calefaciunt ⁊ diuidūt absq̄ euōne. s. forti. Et iō si potes trāsire cū clysteri est securius: q̄ si nō sufficit: ⁊ indigemus pharmaco alio q̄ sit scamonea ⁊ castoreū: ⁊ alio q̄ clysteri: vā ad potandū ⁊c. Et ꝓfidera: q̄ in hac medicina Basis ad inquirendū est hierapigra. s. cōis ⁊ cologntida. ℞ Myrabolani v̄o. s. kebuli: q̄uis euacuēt etiaꝫ phlegma: tñ simul cū mastice, phibent nocumētū cologntide: ⁊ ꝓfortāt stomachuꝫ. ℂ Considerandum etiam q̄ in datione huius medicine opꝫ obseruare q̄ febris nō sit vehementis inflāmationis. Hiera enim in talibus, phibetur vt. v. cañ. trac. ij. Q̄d si nō ꝓfidis. s. q̄ soluat p illū. i. ꝓpter fortitudinē febris. Fac eis ⁊c.

superfluitas febris aliena scamonea ⁊ sis contentus castoreo ⁊ permutatione complexionis absq̄ euacuatiōe. Et melior euacuationum illa est que fit cum clysteri. Si autem alia fuerit tibi necessaria da ei ad potandum hierapigre pō duo. ʒ. vnius cum quarta. ʒ. vnius de pulpa coloquintide ⁊ tres. ʒ. myrabolanoꝝ ⁊ danich vno masticis ⁊ si febris nō est vehementis calorис ⁊ confidis q̄ soluat p illū. i. ꝓpter fortitudinē febris. Fac eis ⁊c.

ℂ Hic ꝓfidera q̄ ꝑm istuꝫ modū exponēdi fortitudo caloris febris impedit medicinam: maxime cum dat in forma puluеris: vel dura. Exurit enim a forti caliditate febrili: ⁊ nō opat. Et ideo in febribus fortibus cum cogimur purgare damus eas cum rebus humidis resistētibus inflāmationi: vt cum decoctione prunoꝝ ⁊ iuiubaꝝ ⁊ cum sirup. violā. ⁊ similibus. Aliter tñ posset ter. exponi: vt dicat: q̄ si non confidis. s. dare medicinā per illud ⁊c. fac suppositoria: aut collyria. s. magna: vt due cause. i. collyria ⁊ suppositoria. Quā doq̄ enim duo suppositoria: vnum post reliquū imponimus. Vel vt pro cum due cause. s. fortitudo febris: ⁊ in ꝓfidentia q̄ soluatur: iuuent se ad illud. i. non dandum medicinam.

uat: q̄ si non confidis ꝓpter illud fac ei suppositoria aut collyria vt due cause ad illud faciendum se iuuent: deinde excita ipsum ⁊ precipe ei vt permutetur ad egerendum. ℂ Et[a] cum ei accidit obliuio vrine ⁊ stercoris embrocaturaq̄ emunctoria ⁊ vētrem cum aquis in quibus cocte sint camomilla ⁊ melilotum ⁊ viola ⁊ radices lilij ⁊ compme vesicam vt vrinaꝫ emittat. ℂ Deinde[b] dit medicinam: maxime cum dat in forma puluеris: vel dura. Exurit enim a forti caliditate febrili: ⁊ nō opat. Et ideo in febribus fortibus cum cogimur purgare damus eas cum rebus humidis resistētibus inflāmationi: vt cum decoctione prunoꝝ ⁊ iuiubaꝝ ⁊ cum sirup. violā. ⁊ similibus. Aliter tñ posset ter. exponi: vt dicat: q̄ si non confidis. s. dare medicinā per illud ⁊c. fac suppositoria: aut collyria. s. magna: vt due cause. i. collyria ⁊ suppositoria. Quā doq̄ enim duo suppositoria: vnum post reliquū imponimus. Vel vt pro cum due cause. s. fortitudo febris: ⁊ in ꝓfidentia q̄ soluatur: iuuent se ad illud. i. non dandum medicinam.

a ℂ Et cum ei accidit. ℂ Iste cañ. est positus supra de cura frenesis.

b ℂ Deide. ℂ Hic ponit curam in declinatiōe p restaurantia: ⁊ exercitium paruum: quia debilis est in neruis: ⁊ patet.

Et cum ei accidit.

ℂ In decima pte ꝑmo ꝑcipit q̄ si lethargicus tanta detineatur obliuione q̄ obliuiscat emittere feces: ⁊ etiam vrinā q̄n fuerit opus vt embrocentur vtraq̄ emūctoria. s. inguina vel vesica ⁊ anus ⁊ vēter infirmi cuꝫ calidis aquis in q̄bus cocte sint camomilla ⁊ melilotū ⁊ viole cum eis ⁊ radices lilij ꝑm hūc modū. ℞. flor. camomille melliloti violaꝝ. añ. ℳ. ij. cepas lilij. ij. minutiꝫ incisas decoquant in lib. iij. aque dulcis fontis aut fluminis ebullitiōibus paucis ne resoluāt ⁊ depdant floꝝ vtutes ⁊ pars post partē decoctionis huius ab alto effundat sup ventrē egri vesicam ⁊ inguina vt vias aperiat laxet ⁊ emolliat fecis ⁊ vrine ⁊ casu suo ab alto sensitiuaꝫ excitet ⁊ expulsiuaꝫ sopitas ⁊ hebetes in istis partibus. Secundo precipit compmere vesicaꝫ fortiter cum manu quatinus cōpressa sufficienter emittere cogatur vrinaꝫ quā ꝓtinet. Et si cū digitis incrassatis oleo titillet anus satis, pfunde forsan hoc iuuabit vt retente feces lubricent inferius. Et ℳdeꝭ. ca. de lethargia ait q̄ res sedationis accidentū in parte cōplet incitādo eos ad vrinandum ⁊ egerendū: etiā si opꝫ ad cōprimendū vesicaꝫ ⁊ pectinem ad hoc vt vrinent.

Deinde cum finitur.

ℂ In vndecima ꝑmo ait q̄ q̄n finit lethargie morbus ⁊ synto mata eius manifeste cessant restauratiua: tūc sunt egro exhibēda que virtutes releuent spiritus restaurent sanguinē reparēt: ⁊ mūde nutriāt vniuersum corpus vt vitella ouoꝝ resticuli gallorꝝ aque caponū colaticium pulli gallīne: aut caponis pdicis turturis: aut alaudaꝝ vel fasianoꝝ vinū subrubeū claruꝫ bene sapidū diamargariton diantos pliris archonticō. Secūdo dicit q̄ fiat vt eger vel conualescens sic a lethargia paulatiue toleret terminū: aut mensuraꝫ parui exercitij vel ambulādo paruꝫ ⁊ suauiter vel equitando vel deportationis in lectica: aut curru quatinus per illud naturalis calor antea sopitus paulatim excitet supflua mēbroꝝ resoluta habeant ⁊ nutritioni corpus preparet ⁊ anima exultet renouato aeꝛe ad motus mēbra sibi ꝓsuetos quibus lethargia diu puauit ea passiꝫ reducant. Tertio dicit q̄ conualescentiuꝫ regimine: tūc lethargici regātur vt cibis euchimis facilis digestionis ⁊ penetrationis multum nutritiuis moderatis exercitijs ⁊ somnis aere tēperato ⁊ sereno ⁊ potu vini subrubei sobrio ⁊ lenitione moderata ventris ⁊ hilarantibus animam. ℂ Attēde ꝑmo q̄ Alexāder in cura lethargie vltra hec que dicta sunt cōcedit balneuꝫ inchoante digeri materiā morbi. Initiuꝫ vō ingt faciente digestione nihil prohibet ⁊ lauari ⁊ vinuꝫ dari modice. Et maxime post phlebotomiaꝫ ⁊ catarticuꝫ mediocre totius corporis non oportet dubitare de balneis: nisi forte plenitudo sit humoꝝ. Nam in cure si fit aliqua superfluitas humoꝝ magis digerit per balneum. Sed in tali egritudine mediocriter caliduꝫ sit lauacrum. Ego enim scio post decem ⁊ octo dies ingressum fuisse balneuꝫ quendaꝫ tali egritudine laborantem neq̄ attendentem quo detinebatur malo neq̄ hoc ipsuꝫ sentientem q̄ lauaret ⁊ magis inuentus est a balneo euigilans ⁊ attendens ⁊ loquēs ⁊ cognoscens omnes qui presto erant. Q̄d si virtus robusta videt oportet lauare in balneo: si autem imbecillis est virtus ita vt non possit infirmus sustinere labozem: aut balnei calozem intra domuꝫ lauetur implens tinam aqua calida vt possit ibidez poni infirmus vt sedeat: sed caput habeat fortis aquā ⁊ non infundat caput infirmo: nam si infunderit caput aqua nihil iuuat: sed adhuc amplius angustias patietur ab infusione calide aque: hoc igitur semel ⁊ vsq̄ bis fieri oportet. Et sic postea cum melius ceperit habere ducēdus est ad balneuꝫ: ⁊ vt est consuetus lauetur nihil dubitans: hec Alexander. Sed quia rarissime caput ⁊ corpus in lethargia purgari possunt ad sufficientiaꝫ ꝓpter obliuionē ⁊ subeth ꝓfundum: ⁊ quia maria parum obedit laxatiuis pharmacis ⁊ virtus egri sopita non sufficit regulare satis opus pharmacie: credo q̄ balneum valde suspectuꝫ sit nisi lethargia tam declinante ⁊ pene finiēte. Liquefacit enim ⁊ effluere facit quietos humoꝝ ⁊ materiam lethargie dilatat ⁊ forte ꝙuertit ad apoplexiā ⁊ febris cōtinue putredinē ampliat ⁊ eius calorē furere ⁊ augeri vehemēter facit. ℂ Attende secūdo q̄ curam lethargie melancolice magnus Auēzoar sic cōmemorauit ca. v. tertij trac. ꝑmo theisir. Et si fuerit apostema ex humore melancolico fac etiam phlebotomiaꝫ: sed modicuꝫ extrahas de sanguine. Et laxa ipsum cum epithimio ⁊ polipodio ⁊ carba idest elleboro nigro ⁊ ponas cum his de pomis ficut potes ⁊ pone in eorum infusione de sirupo malozuꝫ dulciuꝫ. Et iube sibi obseruare bonū regimen donec accidentia recedant omnino. Sibi vero vtiles sibi erunt cibaria subtilia facta cum amigdalis. Et si necesse fuerit dare sibi de pane detur in modica quantitate: hec ille. Rasis vero libro diuisionum sic dat eius signa ⁊ curam. Et sit ex cholera nigra. Et signum eius est: quia remanent oculi non palpitantes sicut oculi intuentes in vnum locum sine motu. Et cura eius est vt sumatur epithimi rubei pugillus vnus: ⁊ coloquintide interioris ⁊ polipodij amborum: añ. pugillus vnus ⁊ calamēti pugillus vnus decoquātur ⁊ fiat clystere cum aqua eorum post decoctionem cum oleo camomillino. Et effundatur super caput eius oleum narcisсinum: ⁊ oleum de lilio tepida. Et fiat caput purgium cum ambobus. Et sumat in potu aquam mellis loco aque hordei: ⁊ similiter in illo qui sit ex phlegmate: hec Rasis. ℂ Attende tertio q̄ in lethargie cura raro ordinant medici digestiua alia a cibis ⁊ potibus ⁊ medicinis extrinsecis: quia hec non bene potest eger transglutire. Et si velis ⁊ possis administres aliqua de sequentibus. ℞. sirupi de sticados oximellis squillitici. añ. ʒ. ij. dissoluantur in lib. ij. aque mellis: ⁊ fiat sirupus. Aliter. ℞. aquarum salvie bethonice. añ. lib. j. sirupi de sticados. ʒ. iij. misce: ⁊ fiat potus. Aliter. ℞. anthos sticados arabici matorane salvie: añ. ℳ. j. fiat decoctio cum quarta. j. mellis. ⁊. ʒ. j. aceti in dulci aqua mūda tanta q̄ remaneant aque lib. ij. fiat potus clarificatus. Et da pro vna dosi in qualibet auroza. v. vel. vj. ʒ. de quo volueris predictorum potuum parum calefactas. ℂ Dicamus igitur q̄ lethargie cura in summa est decem res. Prima est eductio materie peccantis corporis ⁊ capitis per phleboto/miaꝫ. Et per clysteria acuta. Et per vomituꝫ: ⁊ per potionez laxatiuam phlegmatis si patiens possit eam transglutire non multuꝫ expectata digestione. Secūda est collocare infirmuꝫ in domo vel in camera plurimi luminis ⁊ multi strepitus ⁊ tumultuosa vt inde excitetur ⁊ retrahatur a subeth profundo. Tertia est confortatio capitis a principio cuꝫ repercussiuis vt oleo rosato ⁊ aceto permixtis capiti adhibitis duobus vel trib' ꝑmis diebus. Et postea addatur oleo ros. aliquid castorei ⁊ squillitici aceti. Quarta est diuersio vaporuꝫ ⁊ humoꝝ a superioribus ⁊ attractio eorum ad exteriora ⁊ inferiora fricando frequenter lethargici corpus: ⁊ tibias ⁊ pedes medicinis acutis vt semine vrtice ⁊ laureole ⁊ nitro ⁊ pipere ⁊ piretro ⁊ stringendo extrema cum ligaturis. Quinta est subtiliatio ⁊ resolutio ⁊ minoratio materie per embrocas ⁊ odoramēta ⁊ sternutatoria ⁊ emplastra ⁊ linimenta rubificātia. Et sub sternutatoriis in-

Jacobus

¶In prima parte primo ait q; semita seu via cure illius subeth qui accidit ab egritudine alicuius membri sub capite vt stomacho aut pulmone est intendere ad membrum illud cuz tali regimine q; purgetur humor in eo contentus efficiens subeth: ⁊ remoueatur ab illo membro vel educendo eum extra corpus penitus vel diuertendo eum ad inferiora: vt si fit in stomacho vomitu educatur aut fluxu vētris: si in pulmone phlebotomia ⁊ prouocatione sputi: si in matrice pessarijs fortibus ⁊ attractiuis. Et si vermes fuerint in intestinis vel in stomacho hierapigra necentur ⁊ educantur de qua dragme tres in potu dentur cum ℥.v. seri caprini: vel detur in potu puluis cōtra lumbricos. Et si causa subeth sit fractura cranei panniculos opprimens: vel percussio musculorum temporuz curetur fractura aut percussio prius si fieri possit: vel mitigetur malitia ipsius: deinde ligaturis extremitatum cum clamoribus altis excitetur eger. Secundo dicit q; euacuata materia a membro mandante cerebrum postmoduz confortandum est vt materiam amodo non recipiat. Et id idonee fit cuz oleo rosato ⁊ aceto plurimo simul agitatis ⁊ tantū aceti quantū est olei: quatinus prohibeat sua ficcitate ne rosatum oleum somnum prouocet ⁊ subeth adaugeat. Et precipue tunc somnum prouocat vel dormire facit cum solum adhibetur aceto relicto: vel quando adhibetur cū succis fructuum confortatiuorum vt citoniorum berberis aut sumach: quia tūc retinet vapores interius qui sunt causa subeth ⁊ ipsos inspissat cerebrum refrigerans. Tertio dicit q; post illud: scilicet euacuationez materie ⁊ cō fortationem cerebri embroce applicentur infrigidatiue super caput egri vt decoctio rosarum rubearum vel foliorum salicum: aut rubi in aqua et aceto vt cerebrum confortent ⁊ ab ipso vapores repellant aduenire solitos ab inferioribus. Quarto dicit q; post embrocas infrigidatiuas admi niſtrentur embroce calide resolutiue: sicut decoctio florum camomille vt melliloti: vel furfuris macri quibus resoluātur grossi vapores in cerebro retenti qui causa erant subeth si de eis aliquid post predicta fuerit in cerebro retentum. Quinto dicit q; hec omnia prius in canone dicta sunt: videlicet in cap. vlti. primi trac. huius fen: qui generales regulas continet

Be partibus

sed ad omnes capitis egritudines.

Jn eo autem.

¶In secūda dat quatuor remedia contra subeth qui fit in febribus putridis vt in principio paroxismorum quotidianoꝝ: ⁊ quandoq; in synochis putredinalib⁹. Primū est ligatio doloroſa ⁊ fortis extremitatū vt tibiarum ⁊ peduz cuz instītis aut chordis qua diuertantur ad inferiora vapores qui abunde feruntur ad caput ⁊ propter dolorem excitetur patiens. Secundum est assidue mouere vel incitare sternutationē titillando nares cuz aliquo acuto vt cū spica bladi vel siliginis: vl setis porcinis: vel puluere modico de elleboro albo naribus imposito quatinus cerebꝝ motu hoc violento aligd a se vaporum ⁊ humoꝝ potenter excutiat ⁊ euigilet. Tertiuz est odorare acetum vel vaporem ipsius inclinando vultū supra potū in quo est acetū feruens vt ficco ⁊ mordaci vapore cerebꝝ a subeth euigilet: vapores cōſumat ⁊ superfluitatibus per os ⁊ nares educi solitis vias aperiat. Quartum est inungere frequenter caput cuz oleo rosato ⁊ aceto plurimo simul agitatis: vel oleo roſ. ⁊ aqua agreste vel aqua granati vel stipticoꝝ aqua vt berberis sumach: quatinus per ista cōfortetur caput ⁊ prohibeat recipere vapores a materia febris. Sed puto q; ista frigida stiptica plus valēt in subeth putride synoche ꝗz quotidiane: ⁊ anteꝗz cerebrum iam multos a febre vapores receperit.

Jlle autem.

¶In tertia primo ait q; subeth ex potu narcotici fiens curetur cū cura narcotici illius que inferius dicetur quarti sexta cap. ꝓprio. Secūdo dicit q; tyriaca seu medicina tyriacalis narcotici illius deꝙ egro in potu. Habent. n. singula narcotica sibi medicinas ꝓprias tyriacales quaꝝ est auferre nocumenta que iferunt humano corpi: vt castoreū tyriacalis est medicina opij. Et butyruz ⁊ mel sunt tyriaca mādragore simul cū vomitu vel absinthiū cū vino. Et methridatū iusquiami. Et vinū coctuz qō rob appellatur coriandri hūidi ⁊ etiaz pſilij. Et pira fungoꝝ post vomitū ipsoruz. Tertio dicit q; in cura subeth ex potu narcotici dentur que dicentur quarti sexta ca. ꝓprijs.

Subeth autem facti.

¶In. iij. dat sex remedia contra subeth qui fit ex frigore puro aḃextra occurrenti. Primū est potus tyriace in quantitate vnius fabe cū tribus vncijs boni vini calidi. Uel potus methridati sub quātitate nucicule vnius similiter cū vino: vel potus vnius drachme diamuſci cū vino subtubeo vinoso calido. Secūz est embrocatio capitis cū aqs decoctionis rute castorei piretri ſm hunc modū. ℞. rute. ℥ß. i. castorei piretri: aā. ʒ.ij. cōquaſſent ⁊ bulliant in. ü. lib. aq̄ fontis mūde q; calida ad alto supra caput fundat. Tertiū est inunctio capitis vel cū oleo de bē qō hic nō habemus. Uel cuz oleo de duabus spicis castoreo ⁊ squilla sic cōpoſito. ℞. spice nardi spice celtice: aā. ʒ.iij. castorei squille: aā. ʒ.vi. cōquaſſentur ⁊ frigatur in. ℥.xvi. olei olinaꝝ dulcis supra lentū ignem: deinde exprimant ꝺia fortissime per staminū aut telam ⁊ fiat oleum. Uel vngatur caput cuz oleis muscelino ⁊ costino equaliter mixtis cū. x. parte ipsoruz castorei vt in. ℥. r. oleoꝝ sint castorei ʒ. x. Et de muscelino quidē oleo dicit Jaā. i synony.

Oleum

Universidad de Sevilla

Sed cum labore tē. qz cuz fortī fricatione t agitatione.

a ℂ In illo autez.]ℂ Hic ponit curā subetḥ a mala complexione humida: t primo cuz materia sanguinea. secundo fine materia. tertio cum materia phlegmatica. ibi secunda[Illū]ibi tertia[Et si fuerit.]ℂ In prima parte Auicē. assūmat curam. Nam quando debeat fieri phlebotomia sophene vel cephalice vel ventose dictuz est supza in generalibus canonibus. Quod etiam clysteria leuia competāt in materiebus calidis dictum est. Subtilis etiam dietatio competit ne sanguis multiplicet. Utatur eo quod torrefactum est: vt ḥordeo torrefcō. Est eni pauci nutrimenti t ficci: t prohibet euaporationē ad caput: vl aqua ciceris ad diuertendum versus urinā: vel quod acrescit i. acetosis.

b ℂ Illuz aūt.] Hic considera qz fortioribus medicinis egemuz quando volumus eas miscere cuz oleis vel in embrocis apponere quaz qū in emplastris ponimus. Et ratio est: quia olea t similiter aque propter actualē humiditatē: vincunt virtutem medicinarum. Et ideo indigemus cautela: vt ponant medicie fortiter ficce: t hoc ē quod dixit nisi sit valde fortis .s.

Et similiter adhibentur emplastra facta ex castoreo t sqlla t muscho: t sint castorei partes .ij. t squille pars .i. t muschi quātitas parua. Et odoret muschū assidue: t vtatur eis que dicta sunt in calefactione complexionis cerebri. Sz cū labore absqz facilitate. ℂ In illo[a] autē qui factus est propter dominiuz sanguinis oportet vt incipiatur a phlebotomia cephalice t ventosis crurium aut phlebotomia sophene: t vtatur clysteri temperato t subtiliatione cibi: t vtatur eo quod torrefactum est: vel aqua ciceris vel quod acescit. ℂ Illum[b] autem qui factus est propter dominium humiditatis pure que non est cum materia oportet vt cures cum emplastris factis ex castoreo t flore sgnanti t costo t nuce cypressi t sauia t euforbio t piretro: t desiccet cibus t alienentur olea t embroce nisi cum cautela: humectatio enī que est in oleis quandoqz vincit virtutē medicinarum nisi sit valde fortis. Et oportet vt administratio fiat vnctionis que fit cum forti fricatione capitis t rubificationis eius t odorationis muschi.

ℂ Et si fuerit[c] humiditas cuz materia phlegmatis oportet vt euacues cū clysteri forti prius: t ingenietur ei vt euomat t plurimum eius quod ex phlegmate est in stomacho etiam oportet vt euomat cum eo quod phlegma incidit ex eis que dicemus in loco suo. Et administra embrocas digestiuas fortes t caputpurgia t sternutatoria t gargarismata: t reliqua que sciuisti in canone sicut tibi pterijt. Et ex cura[d] ēvt eger audiat t videat res que contristant ipsum: tristicia enim in huiusmodi egritudinibus in qbus debilitatur cogitatio t extinguitur est ex eis que commouēt animaz t reducunt eam ad rectitudinē.

virtus medicine. Similiter oportet qz fiat inunctio fricando t abstergendo: vt cesset humectatio olei: t hoc est quod dicit littera exterior: fiat vnctio que fit cum fricatione.

c ℂ Et si fuerit.]ℂ Hic ponit curaz subetḥ a mala complexione humida cum materia phlegmatica: t in hoc innuit curam eius: qui fit a mala complexione frigida cum materia. Et intendit in hoc ad euacuationes cōes t proprias t diuersionē: t totū hoc est scitū supza in cañ. gñalibus.

d Et ex cura. ℂ Hic ponit curam cōmunez ad subetḥ t est respiciens accidens proprie. s. ad excitādum: t habet duo: scilicz duo ponit remedia. ibi secunda[Et ex medicis.]ℂ Dubitatur circa pmā partem: quia tristicia videtur addere ad somnuz: cum moueat calidum intus. ℂ Dicendum qz tristicia est duplex. Una de preterito: t illa facit dormire. Alia est ḍ futuro t illa facit vigilare: vt inuitur in lra extra: prio cañ. fen secunda: illo capi. oia aie accidentia. Ad cōtrarium dicēdum qz tristicia de futuro licet intus moueat calorē: tamen etiā cū B extra mouef: qz homo sollicitū se reddit t ꝓmouetur in aia sua ad imaginandū modos effugien-

Jacobus

Oleum muscelinum a musco dictum est quod recipit in antidotario vniuersali. Item muscelinum vocatur quod fit ex humiditate inuenta in tuberositatibus vimi. Item muscelinū vocant multi moderni oleū de ben. Quartum est emplastruz capiti preraso appositum factū ex castoreo t sqlla t musco ꝑm hunc modum. ℞. castorei. ʒ. ij. squille. ʒ. i. muschi. ʒ. ß. terantur simul t postea extensa super pannum lineum more emplastri calida super prozam capitis adhibeantur. Quintum est assidue odorare muscum: calefacit enim t confortat cerebrum. Sextum est vti eis t ea frequenter adhibere capiti que calefaciunt vehementer cerebrum: t descripta sunt capitulo vltimo primi tractatus huius fen paragrapho illo. Quod si est malitia complexionis frigide administra emplastra tē. Sz hic vti his iubet cum labore aliquo absqz facilitate. i. caput ruditer hec administrādo mouere t tractare fricationibus duris t asperis t alijs motibus violentis fortibus excitantibus egrum.

Jn illo autem. ℂ In quinta dat curam sanguinei subetḥ sub sex regulis. Prima est vt incipiatur a phlebotomia cephalice dextre: t inde extrahatur plurimum sanguinis infra tamen sincopim vt t diuertatur a cerebro sanguis t aliquid ipsius qui cerebrum replet t meatus oppilat per hanc educatur. Secūda est qz ventose cruribus cum scarificatione t igne plurimo magne adhibeātur precipue in illis qui phlebotomari non sustinent: vt partim dolore ptim diuersione partim eductione materie peccantis eger euigiletur. Tertia est qz phlebotometur eger ḍ sophena sui dextri pedis: maxime si magna plectoria fuerit ad plus diuertendum sanguinem a capite: vel si cephalica non facile inueniatur. Quarta est qz eger frequenter vtatur temperato clysteri: videlicet neqz multum calido quo sanguinem amplius ebulli re faciat t sursuz effumare: neqz nimis frido quo subetḥ adaugeat: neqz laxatiuo magne fortitudinis quia materia subetḥ non est humor qui pharmaco forti debeat educi sed lenitiuo feces educente ne effument ad caput augmentantes subetḥ vt clysteri facto de quinqz quartis aque ḥordei tepide cū ʒ. iij. violati olei t ʒ. i. medulle cassiefistule mundate: t ʒ. i. salis quod injiciatur ieiuno stomacho. Quinta est qz eger vtatur dieta subtili seu cibi subtiliatione sicut aqua lentium ne sanguis in ipso multiplicetur sed potius decrescat. Sexta est cibus quo pascit eger sit torrefactus pauci nutrimenti sicut panis niger plurimi furfuris vel lentes toste vel capricorni super prunas tosti quos vulgus soretos appellare solet: vel aqua ciceris cum aceto condita: vel id quod acescit vt aqua pisorū vel aqua caulium vel aqua fabarum acetosa facta cum aceto plurimo: vel sirupus acetosus simplex vel citri acetositas: vel succus granatorum acetosorum.

Jllum autem. ℂ In sexta dat curam subetḥ fiētis ex humiditate pura sine materia que predominatur i proza cerebri sub quinqz regulis. Prima est qz emplastra capiti apponātur ex deiccatiuis ꝑ hos modos. ℞. castorei. ʒ. ij. costi nucum cypressi sauine aā. ʒ. i. euforbij piretri: aā. ʒ. ij. terantur t incorporentur cum melle supza ignem donec fint in forma paste: deinde extendantur super pannuz lineum t more emplastri capiti applicentur. Aliud. ℞. euforbij piretri castorei aā. ʒ. i. t. ʒ. ß. floris squinanti costi nucis cypressi sauine: aā. ʒ. ij. terre t incorpora cum vino t melle sufficientibus t fac velut pastam quā more emplastri calidum adhibeas prore capitis super pannum extensum. Secunda est qz cibus huius patiētis sit deiccatiuus vt auicule assate: carnes salse macre: cappares cum aceto: sinapium: lentes: caseus antiquus quatinus corrigat discrasiam humidam. Tertia est alienentur: idest cuitētur in hac specie subetḥ olea t embroce nisi cum cautela tali qz in eis vincāt medicine deiccantes oleum t aquaz embrocarum in humectatione qua caput humectant. Humectatio etenim in oleis reperta t in aqua ab alto super caput fusa quandoqz superat virtutes siccantium medicinaruz nisi

De partibꝫ

ille virtutes valde fortes fuerint: ficut sunt virtutes euforbij: sinapis: castorei: piretri: piperis t ase. Vel ergo in hoc casu dimittantur olea t embroce penitus vel fiat vt in his manifeste vincant medicine fortis desiccationis. Quarta est qz quando in hoc subetḥ caput inungitur fiat inunctio cum fricatione dura rudi t forti partis prime capitis que egruz euigilet t cerebrū desiccet t iteruz fiat administratio rubificationis prore capitis per fricationez cum mandili aspero vel cuz cilitio vel cum nouo stamino: aut per medicinaz rubificantē sicut sunt sinapis: simus colūbinus: gūmi rute agrestis t euforbiuz. Quinta est qz fiat administratio frequēs egri naribus odorationis muschi finissimi que cerebruz desiccet t fortitudine calefactionis infirmum euigilet.

Et si fuerit. ℂ In septima dat curam subetḥ phlegmatice sub octo regulis. Prima est qz primitus soluatur venter cū clysteri acuto fortis attractionis eductiuo phlegmatis sicut est istō ℞. calamenti centauree minoris: aā. ℥ß. sticados arabici saluie bethonice anthos: aā. ℥ß. i. pulpe colloquintide integre. ʒ. ß. fiat decoctio prouno clysteri in qua dissolue pillularum cochiarum hierapigre Galieni: aā. ʒ. ij. mellis rosati colati olei anetini: aā. ʒ. i. salis. ʒ. ij. fiat clystere quod injiciatur calidum: nam t phlegma educit t potenter diuertit a superioribus. Secunda est fiat t ingenietur vt patiens euomat intingendo pennā cū suis pilis in sinapio calido t ipellendo in os vsqz gargareonē titillando linguam. Nam per violentiam motionis vomitus quandoqz excitat eger t educitur phlegma quod iniacet stomacho t excutit aliquid phlegmatis capitis commoto cerebro per motum vomitus. Tertia est conuenit fieri vel ingeniari qz eger euomat plurimum phlegmatis iniacentis stomacho cuz medicinis incisiuis phlegmatis vt squilla raphano vel oximelle maxime squillitico t alijs dicēdis in loco suo: scilicet tertij. xiij. tractatu primo capitulo trigesimotertio t primi quarta capitulo vndecimo. Nam per istum vomitum antecedens causa subetḥ educitur t coadiuuatur egri excitatio. Quarta est ministrentur in subetḥ phlegmatico digestiue embroce fortes t caputpurgia: t sternutatoria t gargarismata. Et reliqua que sciuisti i canone sicut tibi preterijt idest preostensuz est capitulo vltimo primi tractatus huius fen: sicut linimenta sacellationes vnguēta t emplastra. Verbi gratia fiant embroce cum decoctione hac. ℞. rute calamēti hysopi origani saluie bethonice sticados anthos: aā. ℥ß. i. fiat decoctio in aqua fontis vel in aqua fluminis ad quātitatem quatuor lib. que calida ab alto super prozam capitis cum impetu fundatur. Et fiāt caputpurgium succo ciclaminis: vel cum succo vrtice: vel cum succo betē naribus immisso: vel cum felle galli. Et fiant sternutatoria cum puluere staphisagrie vel ellebori albi vel nigri piperis vel piretri vel euforbij naribus insufflato. Et fiant gargarismi cū sinapio dissoluto in vino albo calido: vel cum oximelle squillitico vel aceto eius. Et linimenta t vnguēta fiat ex oleo de castoreo: vel oleo de ruta: vel de euforbio: vel oleo laurino: vel de lateribus. Et emplastra ex aliquo de nunc dictis oleis cū equali vel paulo ampliori pondere cere. Et sacellationes cum milio t sale simul torrefactis vel cum gariofilis t grana tinctorum t cubebis t pipere t anthos equali pondere tritis t cōsutis inter duas telas veteres subtiles cum bombace pauca. Quinta est qz infirmus quandoqz expergefit videat t audiat que ipsum contristant: idest que prouocant ad iracundiā ne iterum in subetḥ statim relabatur. Tristitia. n. idest iracundia in huiusmodi morbis debilitantibus t fere extinguentibus cogitationē vel cogitandi actus est ex his que aiam sopitam cōmouent t prostratam erigunt t ipsaz reducūt ad rectitudinē proprioꝝ operū. Nam calor innatus spiritus t sanguis per iram excitant t quasi ebulliunt. Sed tristicia ꝑprie dicta deicit animum vt in melancholicis manifeste apparet qui semper timent t debilitat innatum calorem. Per tristiciam ergo hic intellige irā.

di tristabile futurum: ꝛ ideo vigilat ꝛ reducitur homo ad rectitudinez. ſ. vigiliaꝫ vel ad rectitudinem. ſ. rōnis: qꝛ ratiocinatur qualiter fit preuidē dum. Et de hac triſticia loquitur Aui.

a ¶Et ex medicinis qdem.]¶Calcanto: ideſt vitriolo aliquo: quia ſic cat fortiter: ꝛ abſterſio: ideſt lauatio ꝛ tactus cuꝫ aceto: qꝛ exiccat fortiter ſui ſiccitate ꝛ acuitate mouet ad vigilanduꝫ ꝛ excitat. Conſtrictio ꝛc. qꝛ diuertit vapores ꝛ excitat: ꝛ etiā ſternutatio idē facit.

¶De vigilijs ꝛ ſahara. Caꝑtulum.iiij.

Et ex medicinis[a] quidez vigilare faciē tibus eſt epithima factum cum calamē to ꝛ abſinthio ꝛ aceto: ꝛ conſtrictio extremitatum inferiozum: ꝛ adminiſtratio ſternutatoziozum.

¶De vigilia ꝛ ſabara. Cap.iiij.

Vigilia quidez

est diſpoſitio animalis cum efunditur ſpiritus eius animalis ad inſtrumēta ſenſus ꝛ motus vt eis vtatur. Sabara vero eſt ſuperfluitas in vigilia ꝛ egreſſus a re naturali. ¶Et eius quidem[b] cauſa complexiōalis eſt caliditas ꝛ ſiccitas ꝓpter igneitatez ſpiritus ꝛ mouet ſemper ad exterioza ꝛ caliditas vehementius eſt faciens ſabaram ꝛ anterius faciens. Et ſabara quidem quādoqꝫ fit ex nitroſitate humiditatis occultate in cerebꝛo: aut ꝓpter dolozem ꝛ cogitationes communes. Et eſt ſabara[c] cuius cauſa eſt lumē ꝛ loci illuminatio cum peruenit in huiuſmodi aliquis ꝓparatus ſabare. Et eſt ſabara que ē ꝓpter malitiaꝫ digeſtionis ꝛ multitudinem repletionis. Et eſt ſabara que fit ex cā eius quod inflat ꝛ cōmouet humores ꝛ ſomnia ꝛ timozem in ſomnio ſicut fabe ꝛ ſimilia. Et eſt ſabara que fit in febribus[d] ꝓpter eleuationem vapozum

c ¶Et eſt ſahara]¶Hic ponit cauſas ſahare per cōitatem: ꝛ primo ad ſtomachum: ſecundo ad corpus totum. ibi ſecunda[¶Et eſt ſahara que fit in febꝛibus.]Et eſt ſciendū qꝫ malicia digōnis dupliciter pōt facere ſahara vel ꝓpter malos vapozes a ſtomacho ſurgentes: vel ꝓpter anxietatem ſtomatichaꝫ. Unde homo non poteſt quieſcere. Et eodem mō multa repletio ſtomachi. ¶Conſiderandum qꝫ fabe ꝛ ſimilia: vt pozri generant vapozes ad caput: aſcendentes facientes ſomnia terribilia: vt Aui. ſecundo cañ. de pozris.

d ¶Et eſt ſahara que fit in febꝛibus ꝓpter ꝛc.]¶De ſunt choleꝛice vel

Sexta eſt epithyma factum ex calamento ꝛ abſinthio ꝛ aceto eſt ex medicinis vigilare facientibus ꝛ ſanātibus ſubeth: qꝛ vias aperit phlegma ſubtiliat digerit ꝛ reſoluit ꝛ cerebꝛū deſiccat: ꝛ fit hoc modo. ℞. calamēti abſinthij: añ. ℔.ij. decoquantur in lib.ij. aque fontis: deinde exprimātur fortiſſime per telam ſimul cum aceto ꝛ in ipſis calidis intingatur pannus albus de lana: quem capiti adhibe. Septima eſt qꝫ egri conſtringātur extremitates vt tibie ꝛ pedes ſtricturis fortibus doloꝛoſis ꝛ inde excitetur. Octaua prætacta eſt in quarta regula. Et eſt qꝫ naribus infirmi applicentur ſternutatoꝛia quibus excitetur ꝛ ſuperflua aliqua per ſternutationez a cerebꝛo excutiantur. ¶Cura igitur ſubeth in ſumma eſt ſeptē res.]Prima eſt alterare malam complexionem ſubeth immaterialis cum calefactiuis ſi a frigoꝛe fiat forti occurrēte. Et cum medicinis narcoticis ꝓpꝛijs ſi fiat ab eis: vel cum ſiccatiuis intus ꝛ extra ſi proceſſerit ab humiditate. Secunda eſt in ſubeth communicata membꝛo alius mēbꝛi: ꝓpurgare hoc membꝛum: confoꝛtare caput ne vapozes amplius ab hoc recipiat: ꝛ per embꝛocas reſoluere receptos. Tertia res eſt in ſubeth a febꝛibus inchoante acceſſu ligare extrema ꝛ cōmouere ſternutationes: ꝛ odorare frequenter acetum ꝛ vapozes eius ꝛ inungere caput oleo roſaceo ꝛ aceto plurimo ſibi compermixto. Quarta eſt phlebotomia in ſanguineo ſubeth de vera cephalica vel de ſophena vel ventoſe crurium: ꝛ clyſteria temperata lenia: ꝛ ſubtile regimen cum cibis roſtis ꝛ aqua ciceris ꝛ his que ſunt acida vel acetoſata. Quinta eſt clyſteria fortia ꝛ acuta in phlegmatico ſubeth ꝛ vomitus phlegmatis per res incidiuas: ꝛ ſeceſſus eius per pharmacias in os intromiſſas ſi eger has ſumere ꝛ conducere poſſit. Sexta eſt in eodem miniſtrare embꝛocas ꝛ caputpurgia ꝛ ſternutatoꝛia: ꝛ gargariſmata ꝛ epithymata ꝛ ſacellationes: ꝛ linimenta vnguenta ꝛ emplaſtra fortis caliditatis ꝛ ſiccitatis ꝛ reſolutionis. Septima res eſt incitare infirmum ad iracundiam. Et parum differt cura iſtius ſubeth a cura lethargie niſi qꝫ turius vehemēter calida miniſtranf in ſubeth: ꝛ intus ꝛ extra qꝛ ſine febꝛe eſt. Et pꝛoze apponunf qꝛ morbus ibi eſt. Et pꝛo pter hoc plures medicoꝝ in ſuis pꝛacticis non faciunt de ſubeth ꝑpꝛium capitulum contenti pꝛo ipſo capitulo de lethargia.

¶De vigilia ꝛ ſahara. Cap.iiij.

Vigilia quidem.

¶In hoc capitulo primo deſcribit vigiliam ꝛ ſahara. Secūdo dat cauſas ſahare: ibi[Et eius quidem]Tertio cauſas doloris qui decrepitis accidit ex ſahara: ibi[Et dolor q]Quarto pnoſticat ex ſahara forti cū tuſſi mozтem: ibi[Et dicitur qꝫ ille.]

¶In prima parte primo deſcribit vigiliaꝫ hoc modo qꝫ eſt diſpoſitio animalis in qua diffundūtur animales ſpiritus ipſius animalis ad inſtrumēta vel oꝛgana ſenſuum quinqꝫ exterioꝝ ꝛ ad inſtrumenta voluntarij motus vt ipſis vtatur actualiter animal ad opera ſenſuum ꝛ voluntariozum motuum. ¶Attende primo qꝫ vigilia ꝛ ſomnus circa idem fiūt in animalibus: videlicet circa ſenſuum cōmunem. Juxta illud Ariſto. primo ſomni ꝛ vigilie.]Primum quidem igitur hoc manifeſtū qꝫ circa idem animalis vigilia quidem eſt ꝛ ſomnus. Opponuntur enim ꝛ videtur ſomnus vigilie quedam priuatio. Nam extrema ſunt in alijs ꝛ in naturalibus circa idem ſuſceptibile videntur fieri: ꝛ eiuſdem paſſiones eſſe. Dico autem veluti viſus: cecitas: turpitudo: pulchꝛitudo: egritudo: ſanitas: fortitudo: debilitas: auditus ꝛ ſurditas. Amplius autem ex his manifeſtum. In quo enim vigilantem cognoſcimus: in hoc ꝛ eū qui ſomno premitur: ſentientem enim vigilare putamus ꝛ vigilantem omnem: aut eo qꝫ eoꝝ que extrinſecus aliquid ſentit vel eoꝝ qui in ipſo ſunt motuum aliquem: ſi ergo vigilare in nullo alio eſt ꝙ in eo quod eſt ſentire: manifeſtum quoniam que quidem ſentiunt: hoc vigilant vigilantia ꝛ dormiūt dormientia. ¶Attende ſecundo qꝫ ſicut ſomnus eſt quodammodo immobilitas ꝛ viculuz ſenſus: ſic vigilia eſt ſolutio ꝛ remiſſio viculi ſenſus. Jurta illud Ariſtote. ibi. Senſus autem modo quidem aliquo immobilitatem ꝛ velut vinculum ſomnum eſſe dicimus: ſolutionem autez remiſſionemqꝫ vigiliam. Et nulla harum paſſionum plantis ineſt: quia ſenſu carent: ꝛ ambe vicißim quodammodo omnibus animalibus inſunt ratione ſenſus inuenti in eis. Secundo hic deſcribit ſic princeps ſaharam qꝫ eſt ſuperfluitas vel ſuperexceſſus in vigilijs ꝛ egreſſio in pluꝫ vigilie ipſius a re naturali: ſcilicet menſura ſecundum naturā qua conuenit illi cuius eſt vigilia. Et eſt ſahara in vigilijs: vt canina fames in appetitibus animalis ad cibum.

Et eius quidem cauſa.

¶In ſecunda aſſignat octo cauſas ſahare ꝛ nonam in fine particule ſequētis.]Prima ipſius cauſa complexionalis eſt exceſſiua cerebꝛi caliditas ꝛ ſiccitas eius ꝛ p̄cipue partis anterioꝛis ꝓpter ignei tatem ſeu feruoꝛem ſpiritus que ſemper mouet ad exterioza ſicut frigiditas immobilitat eum ꝛ interius retinet ꝛ ſomnū facit. Et caliditas exceſſiua cerebꝛi vehemētius eſt facientis ſahaꝛaz q̄ ipſius ſiccitas: eo qꝫ plus mouet animalem ſpiritum ad exterioza. Nam calidi eſt dilatare ꝛ frigidi conſtringere. Item caliditas eſt agentioꝝ qualitas ꝛ commouentioꝝ ꝛ citius ſoluens vincula ſenſuuz. Et caliditas cerebꝛi eſt, anterius faciens ſaharam. Anterius quidem: ideſt ante ſiccitatez ſeu principaliuꝫ ꝛ plus q̄ ſiccitas: vel anterius: ideſt in anterioꝛe cerebꝛi cellula cui ſenſus communis preeſt ꝛ inſidet cuius ſahara vigilie ꝛ ſomnus ſunt paſſiones.]Huius rei ſignum ſt qꝫ ſahare plus fiunt ꝛ multiplicanf in complexionibus ꝛ regionibus ꝛ temporibus ꝛ egritudinibus calidis ꝛ ſiccis. Secunda cauſa eſt ſalſedo quedam ſiue nitroſitas humiditatis in cerebꝛo latentis ꝛ occultate ſic eſt ycoꝝ ſiue ſeroſitas maſſe ſanguinarie ſimilis vrie vel phlegma ſalſum. Deſiccatur enim ꝛ pungitur cerebꝛuz cum meningis eius ab hac humiditate mozdaci ꝛ acuta: quare pꝛohibito ſomno fit ſahara: ſicut ſepe apparet in pꝛuriginoſis de phlegmate ſalſo vel ſeroſitate qꝫ dormire nequeunt quantuꝫ eis conuenit pꝛecipue de nocte. Tertia eſt doloꝝ ꝛ maxime capitis quoniam commouet ꝛ inflammat ſpiritus ꝛ etiam humores ꝛ non ſinit quieſcere corpus. Quarta eſt cogitationes communes id eſt ſollicitudines vehementes in rebus agendis que cerebꝛum deſiccāt ꝛ ſpiritus inflammant ꝛ humozes eius. Quinta eſt magnum lumen vel ſplendoꝝ intenſus ꝛ illuminatio loci vehemens in quo quis dormire oꝫ maxime cū ille ſahare pꝛeparatus eſt ſeu diſpoſitus ad ſaharam ſicut choleꝛici vel aduſti melancholici. Nam ſpiritus congaudent extrinſeco lumini ꝛ naturaliter verſus id mouentur vt ad ſuum ſimile ꝛ a tenebꝛis fugiunt interius tendentes ad ſuum principium. Cuius rei ſignuz eſt qꝫ in tenebꝛis ꝛ nocturno tempoꝛe melius dormimus. Sexta eſt malitia digeſtionis ꝛ multitudo repletionis maxime ex acutis ꝛ coꝛruptis cibis aut humoꝛibus quoꝝ fumi ad caput acuti ꝛ mozdaces abūde eleuati pūgūt ꝛ ſtimulant ꝛ dolere faciūt ꝛ ingetū reddunt. Septia eſt res inflans groſſas multiplicans vētoſitates: ꝛ cōmouens humozes: ꝛ ſōnia hoꝛrenda ꝛ timoꝛes in ſomnis ſicut ſunt fabe lētes ꝛ tubera q̄ truffle appellanf a vulgaribus. Reddunt. n. cerebꝛo fumos tenebꝛoſos ꝛ groſſos vētoſos contur bantes ſpūs ꝛ terrentes alam tenebꝛis intrinſecis maxie in diſpoſitis vt

ſunt

vel melancholice alique.

a ¶Et dolor.]¶Cõsiderandus q̃ in decrepitis ex superflua vigilia accidit dolor capitis:imo simul cũ vigilia ẽt possunt habere hoc accñs. Cãs igit Avi. dicit esse siccitatẽ nitrosaz vel salsaz hũoris:vñ ẽt cẽbz exiccat.

b ¶Et est sahara.]¶Cõsiderandũ q̃ in ptibus cerebri põt intelligi.i. in ipso cerebro:a tũc longinquũ est q̃ fiat in eo apostema cancerosum:nisi fm quandam similitudinẽ. Alio mõ in ptib⁹ cerebri.i. in locis ꝓpinquis: vt in collo t gula t tunc per cõitatem vaporum siccorum fit vigilia.

c ¶Et dicitur.]¶Videt mihi inuenisse a Razi ꝓmo continen. Et causa est: q; significat vehemẽs siccitas cerebri pulmoni cõicata:t quia hoc non est necessariu:: quia posset esse pp aliquã materiã cadentez ad pectus que generata fuit pp indigestionẽ ex supflua vigilia:ideo dicit:dicitur. Et nos. q.d. perfecta noticia de vigilia hr ex oppositofm q̃ dictũ est in somno.

¶De signis. Cap.v.

o **Igna.** ¶Hoz ptz partes quot ponit mõs signoz ꝓz mõs cãpsunt sex.ibi ꝑa[Et⁹ vero]ibi tertia[Et eius]ibi quarta[Et eius]ibi quinta[Eius vero]ibi sexta[Soz eius.] Quod dicit ī prima parte est notum. Circa secundã partẽ dicit quod ponit tres species siccitatis. Primo ponit siccitatẽ pure substãtie cerebri. Secundo ponit siccitatẽ cerebri cõmixte cum humiditate. Tertio ponit siccitatẽ cerebri cõmixte cum humiditate putrefacta. Et dicit primo q̃ ignea eius est siccitas pura sine materia t non socia caliditati sũt leuitas capitis t sensuum t siccitas oculoz t lingue t nariũ:t q̃ non sentit in capite calor neq; frigus. ¶Eius vero que fit ex caliditate cum siccitate signa sunt inuentio signozum siccitatis cuz inflammatione t adustione. Et quandoq; est cum siti t adustione in origine oculorum. ¶Et eius quidez que fit ex nitrositate humorum signa sunt humectationis inuentio in naribus:t lippitudo oculorum: t sensibilitas grauitatis pue: t velocitas excitationis apud somnum cum saltu. Et illud quod significatur ex regimine preterito t etate. ¶Et eius quidem que fit ex illuminatiõe loci aut ex cibo signa ẽt sunt cause eius. ¶Eius vero que est ex apostemate melancholico signa sunt signa predicta multotiẽs. ¶Sed eius que est ex dolore aut cogitationibus cõmunibus t febribus acutis signa sunt eius cause.

¶De cura eius. Lap.vi.

o **Portet quidẽ** vt habens illaz cuius causa est siccitas vtaꝫ cibo humido t balneis tẽperatis proprie:q̃ si ipsum balneũ non facit dormire tũc est nõ tẽperati corpis t nõ bone cõplexionis t neq; est nisi in potestate siccitatis:aut in potestate bu. tez diceret aligz ipse dicit:quandoq; est cũ siti:imo semp deberet esse cuz siti t adustione. ¶Dicendum q̃ non est necessarium nisi cum calor communicatur stomacho:t imprimit. Posset autem aliqs habere stomachũ humidum non leuiter exiccabilem:t ita de adustione oculorum. Circa tertiaz partem considera:q̃ phlegma salsum dominans in partibus cerebri sui substantia humida in actu facit nariuz humiditatem t oculorum lippitudinẽ t saltem facit hoc aliud phlegma: qõ simul cum eo significatur abundare. Phlegma etiam salsuz facit paruam grauitatem:t nõ tã tam: quantam phlegma purum. Nam salsedo aleuiat illud propter calorez proprie cum esset salsum ex cholere mixtione:t q; vapores phlegmatis salsi sunt pungentes grossi: ideo faciunt excitari cuz saltu: idest iectigatione: t illud: scilicet sahara ex phlegmate salso significatur ex regimie preterito multiplicatiuo phlegmatis: salsi t etate senectutis:alia patent.

¶De cura. Lap.vi.

o **Portz** quidem tẽ.] ¶Hic põit curã sahara:t primo ꝓz diuersitatẽ cãruz. Secõ fm diuersitatẽ gd⁹. ibi ꝑa[Et q̃qz oz.] Pria i.v. pmo põit curã sahare facte ex siccitate. Secõa calitate t siccitate:t dicit ꝙ ex dolore: ẽrto ex febrib⁹. qnto ex hũidi

Universidad de Deusto

Jacobus

sunt melancholici quare somni ipsorum interrumpuntur horrendis somnijs t terroribus ex his. Octaua est febres putredinales maxime cholerice a quaruz materijs eleuantur ad caput vapores t fumi sicci t mordaces qui dolores ingerunt egros inquietant t dormire prohibent. Nona est apostema vel melancholicũ vel cancerosum in cerebro existẽs aut meningis eius quod cerebruz deficcat t malas ingerit cogitationes t somnia terroris quibus quies t somnus interrumpuntur.

Et dolor qui. ¶In.iij. dat duas cãs doloris in partibus capitis qui decrepitis ex sahara contingit. Prima est nitrositas seu salsedo humorũ suorum capitum. Solet enim in his multiplicari phlegmaticus humor ex diminutiõe digestionis t inati calloris:vt sumit ex cõmen. vlti.iij. apho. q̃ diu cerebro iniacens quodãmõ muscidũ t quasi putridũ illic efficit vnde sibi acgrit nitrositatẽ vel salsuginem qua cerebruz mordet pungit t exiccat t pãniculos eius t dolẽ facit. Secõa est siccitas substãtie cerebri decrepitor ex resolutione radicalis humidi in processu eratũ quã festinat t auget predicta nitrositas.

Et dicitur. ¶In.iij. primo ait quosdã dixisse q̃ ille moritur in quo sahara fit fortis. deinde tussis ipsi accidit. Nam ex forti sahara diu perseuerante monstrat cerebrũ vehementer pati: plurimũ quoq; ipsuz debilitatũ esse:t ex tussi addita pectoralia pati q̃bus insidet cor qõ est radix vite:quare presumit q̃ nã tantis succũbet incõmodis. Secũdo dicit se predocuisse in cap. somni id qõ oportuit vel ex pediebat ipsum dicere sup nocumẽtis t vtilitatibus somni t vigilie t in somniatis vt primi.ij.doc.ij.sum.i.cap.xiij. quod intitulatur de his que accidunt ex somno t vigilia.

¶De signis eius. Lap.v.

o **Igna eius.** ¶In hoc cap. ꝓmo agit de signis sahare a siccitate pura absq; mã. Secõo a caliditate t ficci.ibi[Eius võ q̃ fit]Tertio a nitrositate hũorũ: ibi[Et ei⁹ qdẽ q̃ fit ex nitrositate]Quarto ex illũinatiõe loci vel ex ciboribi[Et eius quidem q̃ fit ex illuminatione]Quito ex apostemate melancholico:ibi[Eius vero que est]Sexto ex dolore vel ex cogitationibus aut febribus:ibi[Sed eius que est.]

¶In.i. parte dat tria signa sahare fientis a siccitate pura imateriali non associata caliditati. Primũ est leuitas capitis t q̃qz sensuum exteriorũz in suis organis pp absentiã aggrauantiũ humiditatũ t dominiũ siccitatis. Secõm est siccitas oculoz sic q̃ neq; lachrymis neq; lippitudinib⁹ nec humiditatibus alijs pfusi apparẽt. Et siccitas lingue nisi stomachus aut pectus vel pulmo superhumectet t lingue cõicet partem sue humiditatis. Et siccitas nariũ q; a ficco cerebro nec mucos nec mucilagines recipiunt aut aquositates vulgo dictas roupias. Tertiũ est q̃ cũ leuitate capitis t sensuum t siccitate nasi lingue t oculorum nullus caliditatis aut frigiditatis excessus sentitur in partibus capitis:ex quo concluditur q̃ siccitas pura sine caliditate est causa sahare.

Eius vero que. ¶In.ij. dat tria signa sahare fientis a caliditate t siccitate superfluis cerebri. Primum signũ est inuentio signoruz siccitatis cerebri cũ inflãmatione t adustione tactu pceptis. Secõm est q̃ huiusmodi sahara q̃qz cũ siti est:cũ.s.stõachus vel pulmo vel pectus nõ transmittit lingue vel nõ cõicat orificio stomachi quasdaz humiditates que sitim ꝓhibeant. Tertiũ est adustio quedam seu forte incẽdiũ qõ sentit saharicus i radice seu loco originis suorũ oculorum propter ardorem quem cerebrum feruens huic loco cõicat.

Et eius quidem. ¶In.iij. dat sex signa sahare fientis ex nitrositate vel ex salsugine hũorũ cerebri.

sit quare in senib⁹ aggregetur humor ex nitrosi.

De partibus

Primũ est q̃ nares hũectate iuenĩunt muscilagibus aut mucis aut aquositatibus vt in decrepitis manifeste apparet q̃ frequẽter hac sahara vexãtur. Secõm est q̃ in oculis lippitudo apparet pp phlegma quod ad ipsos descendit:vel lachrymalis hũiditas propter serositates que descendunt ad eos a partibus capitis. Tertiũ est q̃ parua in capite sentitur grauitas si nitrositas saharam hanc faciẽs fuerit aquosa qualis est nitrositas ycoris t vrine que remisse grauis est:sed si nitrositas fit salsi phlegmatis pluri̇mi t viscosi tũc magna i capite sentitur grauitas. Quartũ est velociter a somno excitari cũ saltu quodam ꝓpter punctionem quam cerebro t pãnis tegentibus ipsum infert serositas. Quintũ signum trahitur a preteri to regimine ciborum vt si saharam habẽs vti consueuerit carnibus salitis aut piscibus talibus vel sale plurimo cũ cibarijs suis vnde nitrositas ẽt in humoribus Sextũ vero signũ ab etate trahitur in qua magis solẽt nitrosari humores t humiditates:vt est etas senij seu decrepitoꝛ ꝓpter causam dictam.

Et eius quidem. ¶In.iij. dicit q̃ sahara que fit ex splendore nimio vel illuminatiõe supflua loci in quo q̃scenduz est ex presentia cause eius noscit vt luminis nimij cũ ꝓparatione vel inclinatiõe infirmi ad saharã. Et similiter sahara q̃ ex cibo fit inflante t ventoso vel ex malitia digõnis t multitudine repletiõis: cognoscitur etiam per presentiam cause eius vel precessionez ex proximo narrante eam egro vel assistentibus.

Eius vero. ¶In.v. dicit q̃ sahare fientis ex apostemate melãcholico signa sunt illa que sepe dicta sunt.s. cap. xxviij.ꝓmi trac.huius fen: quod intitulatur de signis apostematum melãcholicorum cerebri. Et iterum capi.vij.trac.secundi huius fen. Et capi. viij.tertij trac.huius.§.illo. Quod si melãcholicũ dicitur lethargia sunt eius tc. Et si sahara fiat ex cãceroso apostemate signa eius sunt signa sibare predicta cap.de eo.s.sexto trac. tertij istius prime fen.

Sed eius que est. ¶In.vi. dicit q̃ signa sahare que fit ex dolore sunt presentia doloris illi⁹ sine causis alijs. Et signa eius que fit ex cogitationibus cõibus .i. sollicitudinibus t curis nimijs cognoscuntur etiã ex vehementia cogitationũ vel curarum multitudine proxime preterita vel adhuc presenti. Et signa eius que fit ex febribus acutis sicut causonicis aut tertianis sunt presentia talium febrium quarum materie ad caput effumant.

¶De cura eius. Lap.vi.

o **Portet quidem.** ¶In B.c.ꝓmo agit ꝺ cura sahare a siccitate. Secũdo ꝺ cura eius a caliditate t siccitate:ibi[Eius vero]Tertio ex dolore:ibi[Eius autem]Quarto ex febribus: ibi[Factaz vero] Quinto ex humiditate nitrosa:ibi[In ea autem]Sexto de cura vehementioris sahare t minus vehementis:ibi[Et quandoq; oportet.]

¶In prima parte dat.xi.remedia contra saharaz que fit ex siccitate. Primum est vti cibis humidis vt amigdalato hordeato collatitijs pullorum t aquis eoꝛ piscibus petrosis t pomis coctis quatinus per eos substãtia liter t ab interiori humectetur cerebrum. Secõm proprie cõferens illi est balneũ aque dulcis tẽperate caliditatis: naz plurimũ humectat mulcet t delectat t vapore suaui cerebrũ ibibit. Et circa id notat q̃ si balneũ dormire nõ facit istum saharicũ tunc ipse nõ est temperati corpis seu bene dispositus in truco corporis t partibus ipsius nec est bone cõplexionis: immo positus est sub potestate seu dominio vehementis siccitatis sicut cor-

vigilantes ꝑ sa
sanum hem ca
si stirmulan

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate nitrosa.ibi secunda[Et eius vero]ibi tertia[Eius vero]ibi quarta[Factam vero]ibi quinta[In ea.]¶ Considerandum circa primaꝫ partem ꝙ cum homo vigilat propter malam cõplexionem siccaꝫ ꝛ nõ curatur propter balneum proprie temperatum.ſ.dulcis aque ꝛ tẽperati caloris hoc non est:nisi propter duas causas. Una est:qꝛ siccitas valde excedit ꝛ dominat cerebro ꝛ hoc est qđ dicit: neqꝫ est nisi in potestate siccitatis. Secũda causa est: qa in eo sunt mali humores q̃ a balneo excitant q̃ humores dominãtur ꝛ homo est in potestate eorũ: ꝛ hoc est quod dicit aut i potestate humorum ꝛc. Posset tñ exponi in potestate.i.in potentia trãsmutabili per virtutẽ actiuam balnei. Et hec expositio forsan in idem redit quod dictũ est. Reliqua que ponit sunt nota: oia enim sunt ad humectandum: ꝛ ad hoc fit assiduatio vnctiõis capitis. Lõprimendo vt dicit ista extra:ꝛ hoc fit vt oleuꝫ magis penetret. Et ad hoc fit fricatio peduꝫ inferiorum.i. partiuꝫ inferioruꝫ corarum ꝛ tibiaruꝫ:ꝛ pedum cum oleis predictis humidis.

a ¶ Eius vero.]¶ Hic ponit curam sahare a caliditate cum hoc.i. cũ ficcitate. Regimen est ꝛc. i. addatur ad haꝫ medicinas administrãdo: verbi gratia rasurã cucurbite: qꝛ oportet addere ad infrigidationem.

b Et ex hymnoticis.i. somniferis. ¶ Lõsiderãdũ ꝙ sonus instrumẽti sine corda grauis est magis acutus: ꝛ vnus siue vniformis: ꝛ tunc distrahit animam ad attentionem per auditum non interceptum ꝛ reuersionez modo ad acutum sonũ modo grauem:ꝛ ideo est somniferũ quid. Quo sonus'ar

Jacobus

pus ethici vel marasmati:vel sub dominio maloruꝫ humorum quos balneum leuat ꝛ ad cerebrum transfert sicut corpus cacochimicuꝫ. Tertiuꝫ est omittere omnino cogitatiões ꝛ curas nimias ꝛ sollicitudines: quia siccant cerebrum. Quartuꝫ est vti quiete ꝛ tranquillitate corpis ꝛ animi: per has enim humectatur cerebrũ ꝛ ad exteriora minus diffunditur alatus spũs. Quintũ est assiduitas inunctiõis suauis cõprimẽdo dulciter nõ fricando fortiter cũ oleis p̃dictis humectatiuis vt violaceo vel nenupharino vel de lilio vel de amigdalis dulcibus. Sextũ est emulsio frequẽs sup caput lactis mulieris asine vel capre ad humectandũ ipsum. Septimum est embroce p̃dicte humectantes ex decoctõibus maluaꝝ violaꝝ cucurbitarum melonũ cucumerũ ꝛ ceparũ lilij. Octauũ est attractio oleoruꝫ humectantium per nares vt violacei nenupharini. Nonũ est caputpurgiuꝫ humectans ex dictis oleis ꝛ est vt tente in ipsis imbibite imponant naribus. Decimũ est distillatio in aures oleoꝝ humectantiũ ꝛ p̃cipue olei nenupharini:qđ adhuc plus ꝛfert naribus impositũ vt caputpurgiũ: qꝛ directius ꝛ magis humectat anteriorẽ cerebri pticulam in qua fit somnus. Undecimũ est fricatio suauis inferiorũ partiũ peduꝫ quas plantas vocamus:demulcentur enim suaui contactu delicijs illatis.

Eius vero que. ¶ In.ij. tangit q̃tuor remedia cõtra saharam ex caliditate superflua exortaꝫ maxime cũ siccitate. Primũ est regimen infrigidatiuũ ꝛ humectatiuũ cũ additõe facta in regimine haꝫ medicinaꝝ: vz humectantiũ caput ꝛ totũ corpus. Scõm est administratio rasure cucurbite sup priorem capitis ꝛ frõtem ꝛ tpa vel portulace viridis cõtrite super eadem loca: vel muscilaginis psilij vel virge pastoris viridis cõtrite. De qua Jañ. in synonymis ait. Virga pastoris poligonia grece sanguiaria corrigiola cẽtinodia geniculata idẽ. Vel sempuiue vel cõsimiliũ vt umblici veneris crassule medie. Vel istoꝝ omniũ insimul mixtorũ vel quorũdam ex eis. Tertiũ est sonus suauis subtilis ꝛ melodiosus ex hymnoticis.i. de genere hymnoꝝ. Et est hymnus laus dei cũ cantico sicut sonus bassorũ instrumentoꝝ musicalium vt psalterij citharе reubeblie:cũ quo non est euzehez.i. grossa chorda vel tenor grossus cuius cã sonus ille fiat grauis sicut in organis tubis ꝛ tympanis vl̃ si sonus ille sit cũ euzehez.i. grossa chorda grauiter sonãte:sit tñ equalis.i. mediocris in grossitudine ꝛ grauitate soni sicut chorda citharе grossior ceteris. Quartũ est sonitus aquaꝝ currentiũ nõ impetuose sed suauiter:ꝛ sonitus arboꝝ vel suoꝝ ramoꝝ cũ tenui murmure q̃ dormire faciũt propter illud idez quo dormire facit sonus hymnoticus suauis ꝛ subtilis vt quoniam animus delectatus in his se interius contrahit cuz suis spiritibus absolutus a curis.

Eius autem. ¶ In.iij. primo ait ꝙ cura sahare que fit a doloribus est sedatio doloꝝ a gbus fit. Secũdo dicit ꝙ cura doloris vel sedatio eius fit cuz rebus ꝓprijs vnicuiq; doloꝛi q̃ iam narrate sunt in capitis suis: vt si doloꝛ fiat a caliditate cũ infrigidatiuis

morum malorum quos balneum eleuat. Et oportet vt deserat cogitationẽ ꝛ coitum ꝛ laborem ꝛ vtatur quiete ꝛ tranquillitate ꝛ assiduitate inunctionis capitis:scilicet comprimendo cum oleis humectatiuis predictis ꝛ emulsiõe lactis super caput: ꝛ embrocis humectatiuis predictis ꝛ attractione in naribus oleorum ꝛ caputpurgijs ipsorum ꝛ distillatione eorum in aurem ꝛ proprie olei nenupharini ꝛ precipue faciendo caputpurgium ꝛ fricatione inferioruꝫ pedũ. ¶ Eius vero[a] que est ex caliditate cuz hoc regimen est cuz additione facta in regimine harum medicinarum ꝛ administratione:verbi gratia rasure cucurbite ꝛ portulace ꝛ muscilagis psilij ꝛ virge pastoris ꝛ semperuiue ꝛ similium. Et ex hymnoticis[b] est sonus suauis subtilis cum quo non est euzehez ꝛ sit eius causa grauis: aut si fit cum euzehez sit equalis:ꝛ propter illud sonitus arboꝝ ꝛ aque faciunt dormire. ¶ Eius autez que facta est ex doloꝛe regimẽ est sedatio doloꝛis. Et ipsius cura est cuz eo qđ proprium est vnicuiq; doloꝛi in capitulo suo. ¶ Factaꝫ vero[c] in febribus multotiens habenti datur in potu adeiacur puruꝫ ꝛ facit dormire. Et oportet vt habeas eam vtatur ablutione faciei ꝛ embrocis: ꝛ vnctione temporum ꝛ frontis cuz oleo de papauere ꝛ lactuca: ꝛ vt ponat in sorbitionibus ipsius semen papaueris albi. Et quandoq; stupe fit ex narcoticis quoruz descriptiones sunt in antidotario ꝛ troc. de croco predicti in capitulo de soda calida cum dissoluuntur in expressione papaueris cum aqua rosata in qua coctum est papauer aut aqua lactuce ꝛ linitur ex eis frons conferunt. Et ex eis quidem que ad illud experta sunt est vt sumãtur casia lignea ꝛ opium ꝛ crocus ꝛ dissoluantur in oleo rosato: ꝛ abstergantur ex eis nares. Et similiter epithima factum ex corticibus papaueris ꝛ radicibus mandragore super vtraq; tempora:ꝛ etiam odoramentum ex eis. Et qui sumit ex istis quantitatem vnius grani orobi dormit somnum temperatum. Quod si[d] humor ad ipsum ascendens fuerit grossus fiat emplastrum fronti eius ex melliloto cum camomilla ꝛ rob. Et ex eis[e] quidẽ que dormire faciunt febriãtes ꝛ alios est vt extremitates habentiũ sahaꝝ ligẽtur cũ ligamine faciẽte doloꝛẽ ꝛ corã ipsis ponat lãpas ꝛ p̃cipiat p̃ntibus vt multiplicent confabulationes ꝛ sermones.

bozum ꝛ aquaꝝ sunt somniferi propter vniformitatem soni vniformiter distrahentis sicut etiam comestio equorum in nocte. Anima autez distracta ab alijs sensibus ꝛ auditui intenta ꝛ in hoc suauiter fatigata retrahitur ꝑm auditum:ꝛ sic fit somnus. Si ergo in instrumento fit ezeze.i. chorda sonum reddens grauem:tunc impedit somnuꝫ quia graue trahit quodam modo ad se acutum:vt problematum.xix.xij.proble. modo ergo alia vtil ad acutũ mõ ad gue: nisi fit eqlis:qꝛ fit cũ optima melodia: vt ꝙ olio q̃si acutum ad graue traha tur melodice.

c ¶ Factam vero in febribus.]¶ Ponit curaꝫ sahara in febribus:ꝛ primo quãdo materia ẽ magis subtilis. Secũdo quãdo est grossa. tertio ponit quoddam remedium ad somnum inducendum. ibi secũda[Quod si hũc:]ibi tertia[Et ex eis quidem.]Prima pars diui di potest in tot quot ponit remedia: omnia enim sunt somnifera: sed ꝑmo Auicen. incipit a leuioribus vt somniferis cuz papauere: sicut dicatur:qđ est electuarium de papauere cuius descriptionez Mesꝫ ponit curam: qa forsan sine sapa vel alia additione. Secundo trãsit ad opiata ꝛ similia dicta in antidotario: ꝛ ad trociscos de croco dictos supra. Ex qup apparet ꝙ ibi oꝛ intrare opiuꝫ ꝛ pꝛ. d ¶ Quod si humor ad ipsum ascendens: scilicet cerebrum ascendens fuerit grossus fiat emplastrũ ꝛc. quia ista sunt subtilia tiua ꝛ resoluentia illum humorem grossum: ꝛ sic curant a vigilijs

e Et ex eis. Istius cañ. i geniãtis ad sonũ. A. remisscitur in tribus locis. ſ. hic ꝛ infra fen. xiij. de destructiõe apetitus ꝛ clarius fen. i. iiij. cañ. Et cã in hoc

De partibus

uis:ſi a frigiditate cũ calefactiuis:ſi de ficcitate cum humectatiuis.

Factam vero. ¶ In.iiij. dat. xiij. remedia sahare ex febrib[a] Primũ est dicatur puruꝫ qđ in potu multotiens datũ facit dormire. Et est dicatur seu adiacur idem qđ diacodiõ.i. electuariũ de papauere vel sirupus eius. Et de electuario denꝫ saharico sero.ʒ.ij. dissolute in.ʒ.iiij. aque lactuce. Et de sirupo.ʒ.i. ꝑ vna doſi dissoluta ẽt in.ʒ.iiij. aq̃ lactuce. Scõm est ablutio frequẽs totius faciei precipue frõtis ꝛ amboꝝ temporuꝫ cũ aqua frigida vulci mundissima vel aq̃ roſ. vel aqua lactuce vel aqua nenupharis vt ipsa prohibeat ascẽsum vaporis ꝛ fumi mordaciũ ꝛ refrigeret ꝓximam inde somnũ prouocãs. Tertiũ est embroce supfuse capiti p̃cipue prone de rebus frigidis vt est decoctio lactuce nenupharis ꝛ portulace vel decoctio foliorum salicũ violaꝝ ꝛ cucurbite. Quartũ est inunctio frõtis ꝛ temporuꝫ cuz oleo de papauere vel cum oleo de lactuca vel linimentũ cũ succo lactuce vel papaueris albi vel semperuiue. Quintũ est imittere sorbitiõibus huius saharici:vt amigdalato vel hordeato pro qualibet sorbitione seminis papaueris albi.ʒ.ij. vel lactuce.ʒ.ſ. nam somnũ prouocat cũ familiaritate nature. Sextuꝫ est stupe fieri sensum saharici cũ narcoticis vt cũ requie vel cũ filonio que descripta sunt in antidotario vt doloꝛ sopiatur. Da ergo.ʒ.ij. vel filonij vel requiei sero hora somni cũ.ʒ.iiij. aque lactucaꝝ. Septimũ est troc. de croco predescripti ca. xi. ij. tra. huius fen. §. illo prope finẽ. Et ex epithimatib[a] qdem cõferentibus soda sunt trocisci de croco:ꝛ vigilijs ẽt cõferũt quorum descriptio. ℞. croci ꝛc. quos sic administra. ℞. seminis papaueris albi.ʒ.ſ. bulliat modicũ in lib.ſ. aque roſ. vel aq̃ lactuce deinde terat simul cũ illa aq̃ ꝛ exprimat per staminũ fortiter ꝛ in.iij.ʒ. huius expssionis dissoluatur vnus trociscus de croco ꝛ liniant inde frõs ꝛ tempora. Octauũ de expertis ad hanc sahará est hoc. ℞. casie lignee opij croci añ.ʒ.i. cõterant simul deinde dissoluant in.ʒ.ij. olei roſ. ꝛ liniant inde nares interi[a] in hora somni. Nonũ est epithima hoc. ℞. corticũ papaueris albi.ʒ.ij. radicis mandragore.ʒ.i. terant in.ʒ.iiij. aq̃ roſ. ꝛ pãno imbibant lineo subtili cũ quo epithimen vtraq; tẽpora. Decimũ est odoramentũ corticum papaueris ꝛ radicũ mandragore in aq̃ roſ. cõtritoruꝫ vt prius ꝛ frequẽter naribus applicatoꝝ. Undecimũ est sumere per os ex his duobus: scz cortice papaueris ꝛ radice mãdragore adinuicẽ cõtritis quãtitatẽ vnius grani orobi ꝛ dormire faciet somnũ tẽperatũ. Duodecimũ ẽ istud emplastrũ frõti ꝛ tpibus suppositũ actualiter calidũ si mã febris ꝛ doloris capitis fuerit ex grossis. ℞. floꝝ camomille melliloti añ. ℳ.i. bulliant modicuz in rob.i. vino cocto deinde ꝓtriti sup pannũ lineũ suauẽ extẽdatur ꝛ per modũ emplastri frõti ꝛ tẽporibus supponant. Tredecimũ ex his que dormire faciũt ꝛ febrientes ꝛ saharicos alios est ꝙ extremitates vt tibie ꝛ pedes saharicoꝝ doloroſe ligent ꝛ strigant fortiter cũ institis aut chordis. Deinde incendant luminaria plurima corã suis oculs. Et sui assistẽtes multiplicẽt sermones ꝛ ꝛfabulatiões alijs vocibus ꝛ cũ magno strepitu.

Deinde

sa hoc est subita fatigatio virtutis ab isto lumine ꝛ sonis quibus subito sedatis intus reuertitur cū spiritu ꝛ fit somnus.

a ¶ In ea autem que facta est. ¶ Hic ponit curā saḥare ex materia nitrosa. Et primo in communi magis. Secūdo applicando ad senes. ibi secunda ¶ Cūq; hec species. ¶ In prima parte intendit ad prohibitionez falsi materiei saḥare ꝛ eūonem eius cuz pillulis scebar dictis supra in canonibus generalibus: ꝛ intellige q; vigorent cuz turbith vl agarico vl alio ꝑm q; expedit.

b ¶ Cūq; hec species. ¶ Causa huius est: quia semper fit in sensibus huius materie multiplicatio ꝛ cū hoc est grossa materia: etiā non sustinēt fortia solutiua: quibus debz hec materia educi: oportet igitur vti rebus subtiliantibus ꝛ resoluētibus ēt remouētibus acuitatē salsedis q̄lia, sunt q̄ ponit.

c ¶ Alhocuen. i. matricaria ꝑm Symonez: ꝛ littera extra dicit quod est herba similis cotule fetide. ¶ Considera tamen q; ꝓueniens est premittere euacuationes possibiles: ꝛ etiam sequi cū eis.

d ¶ Et q̄nq;. ¶ Hic ponit curam saḥare ꝑm gradus: ꝛ primo quando est fortis. secundo quādo est debilis. ibi secūda ¶ Ei vero. ¶ Quod primo dicit patet. Laracā. i. medicamen aliquod opiatum.

e ¶ Ei vo. ¶ Laboret ꝛ exercitet ꝛc. Ad aliquā fatigationez ducēdā ꝛ remotionē superfluitatum ad humectandū cū balneo. Bibat aliquantulum vini ante cibū: dicitur a gbusdaz: q; causa est: vt facile digestibile antecedat. Alij dicunt q; fit vt ꝓcurrat ad membra ꝛ humectet. Vel dicēdum quod fit vt non superflue: sed conuenienter simul cū cibo euaporet ad caput: quoniam ex hoc dormiet in hora idest statim.

¶ De lesione sensus. Cap. vij.

Pecies nocumenti.

¶ Superius determinauit de egritudib⁹ plurimū nocumentū: quarū est in sensibus exterioribus: lz sit etiā lesio radicalis i sensu cōi. ¶ Hic determinat de nocumēto virtutum moraliū: que sunt imaginatiua siue fantasia siue sensus cōis: ꝛ cogitatiua ꝛ memoratiua. Et primo in generali hoc facit. Secūdo in speciali. ibi secūda ¶ Permixtionis. ¶ Prima in duas. primo in generali ponit causas ꝛ modū cognoscendi nocumenta harū virtutū. secūdo in generali ponit curam. ibi secūda ¶ In curis aūt. ¶ Prima in duas: primo premittit. secūdo exequtur. ibi secūda ¶ Cū enim sensus. ¶ Dicit primo sic q; spēs nocumenti contingens in opationibus cerebri. s. principalibus que sunt opationes virtutū intrinsecarū: scz cogitatiue imaginatiue ꝛ memoratiue. Sunt ꝓpter duas cās scz ꝓpter malam cōplexionem calidam: vel ꝓpter malam cōplexionez frigidaz ꝑncipaliter. Vel ꝓpter duas causas: scz ꝓpter cām in cerebro vel ꝓpter compassionem.

f ¶ Cuz enim. ¶ Hic declarat: ꝛ primo qūo lesiones sensus cognoscuntur tribus modis. secūdo qūo fiūt ꝓpter duas cās. ibi secūda ¶ Et q̄cūq;. ¶ Ad primi euidentiaz cōsiderāduz q; modi cognoscendi sunt aggregatiōes triū ordinū signoꝝ: quibus cognoscitur nocumētum cuiusq; trium virtutum moraliū. Primo ergo ponit signa lesionis siue nocumenti memorie. secūdo ponit signa nocumenti cogitatiue. tertio imaginatiue. quarto ponit signa nocumentoꝝ oiuz siū. Sunt ḡ tres mōi signoꝝ nocumentoꝝ simpliciū. ꝛ q̄rtus modus est nocumēti cōpositi. ibi Et si ¶ Quod si ¶ ibi tertia ¶ Si vero ¶ ibi quarta ¶ Et si. ¶ Circa ꝑmā partem considera q; sensus accipitur quatuor modis. Uno modo communiter ad sensus interiores ꝛ exteriores: quo dicimus q; sensus distinguitur contra intellectum. Secūdo modo accipimus pro sensibus exterioribus distinctis contra virtutes intrinsecas: que dicunt morales: quomodo accipit supra Auicē. quarto capitulo: ꝛ in rubrica huius tractatus ꝑm vnā expositionē. Tertio modo accipitur sensus: vt cōiter se habet ad interiores sensus: scz imaginatiuā cogitatiuam ꝛ memoratiuam. Et hoc modo accipitur in Rubrica huius capituli: cuz dicit de lesionibus sensus: idest virtutū intrinsecaꝝ: ꝛ in hoc ēt apprehendit sensus cōis. Quarto mō accipit sensus ꝓ rōne siue cogitatiōe: siue vtute cogitatiua siue estimatiua: quomodo sumitur hic sicut ēt vulgariter dicimus iste homo est boni sensus: vt dicit lra extra. Considerandū ꝼo q; ex sanitate imaginatōis ꝛ cogitatiue: ꝛ nocumēto actⁱ memoratie arguimⁱ lesiōez i memoria ex pte poste

ri. ibi secūda ¶ Permixtionis. ¶ Prima in duas. primo in generali ponit causas ꝛ modū cognoscendi nocumenta harū virtutū. secūdo in generali ponit curam. ibi secūda ¶ In curis aūt. ¶ Prima in duas: primo premittit. secūdo exequtur. ibi secūda ¶ Cū enim sensus. ¶ Dicit primo sic q; spēs nocumenti contingens in opationibus cerebri. s. principalibus que sunt opationes virtutū intrinsecarū: scz cogitatiue imaginatiue ꝛ memoratiue. Sunt ꝓpter duas cās scz ꝓpter malam cōplexionem calidam: vel ꝓpter malam cōplexionez frigidaz ꝑncipaliter. Vel ꝓpter duas causas: scz ꝓpter cām in cerebro vel ꝓpter compassionem.

f ¶ Cuz enim. ¶ Hic declarat: ꝛ primo qūo lesiones sensus cognoscuntur tribus modis. secūdo qūo fiūt ꝓpter duas cās. ibi secūda ¶ Et q̄cūq;. ¶ Ad primi euidentiaz cōsiderāduz q; modi cognoscendi sunt aggregatiōes triū ordinū signoꝝ: quibus cognoscitur nocumētum cuiusq; trium virtutum moraliū. Primo ergo ponit signa lesionis siue nocumenti memorie. secūdo ponit signa nocumenti cogitatiue. tertio imaginatiue. quarto ponit signa nocumentoꝝ oiuz siū. Sunt ḡ tres mōi signoꝝ nocumentoꝝ simpliciū. ꝛ q̄rtus modus est nocumēti cōpositi. ibi Et si ¶ Quod si ¶ ibi tertia ¶ Si vero ¶ ibi quarta ¶ Et si. ¶ Circa ꝑmā partem considera q; sensus accipitur quatuor modis. Uno modo communiter ad sensus interiores ꝛ exteriores: quo dicimus q; sensus distinguitur contra intellectum. Secūdo modo accipimus pro sensibus exterioribus distinctis contra virtutes intrinsecas: que dicunt morales: quomodo accipit supra Auicē. quarto capitulo: ꝛ in rubrica huius tractatus ꝑm vnā expositionē. Tertio modo accipitur sensus: vt cōiter se habet ad interiores sensus: scz imaginatiuā cogitatiuam ꝛ memoratiuam. Et hoc modo accipitur in Rubrica huius capituli: cuz dicit de lesionibus sensus: idest virtutū intrinsecaꝝ: ꝛ in hoc ēt apprehendit sensus cōis. Quarto mō accipit sensus ꝓ rōne siue cogitatiōe: siue vtute cogitatiua siue estimatiua: quomodo sumitur hic sicut ēt vulgariter dicimus iste homo est boni sensus: vt dicit lra extra. Considerandū ꝼo q; ex sanitate imaginatōis ꝛ cogitatiue: ꝛ nocumēto actⁱ memoratie arguimⁱ lesiōez i memoria ex pte poste

Jacobus

Deinde repēte ligature soluantur lumina auferantur: assistētes fileant: ꝛ dormient vigiles seu saḥarici iam prefatigati dolore ligaminū splendore nimio strepitibus hominū ꝛ altiloquijs vt agrorum cultores diurnis laboribus lassi ꝛ fatigati profunde dormiunt regitiua virtute fatagente ad illud vt gete ꝛ somno fesse virtutes restaurentur roborī.

Jn ea autem.

¶ In quinta assignantur. vi. remedia contra saḥaram que fit ex humiditatibus nitrosis ꝛ salsis. Primū est vt omnis comestio acuti ꝛ salsi euitetur. Acuti quidem sicut alliorum cepārum porrorum specierū coquine multū calidaꝝ veluti piperis granorum paradisi gingiberis canelle gariofilorum nucis muscate ꝛ vina ardentia. Per hec enim phlegma dulce aut insipidū nitrosuz aut salsuz fit ꝛ aquositas sanguinis. Salsi vero sicut allecij salmonis alose ꝛ omniū piscium ac etiā carniū que diu sacuerūt in salmoria aut sale: augent enim saḥarā. Secundū est q; habens hanc saḥaram cibetur piscibus petrosis squamosis vt vendosijs lucijs ꝛ carnibus electis subtilis substātie surabeget cū modico salis sicut cū pullis vel cuz pdicibus vel capone aut hedo. Et est surabeget seu surabegi cibus qui fit de micis parue placente super quas pinguedo a carne assata refluens funditur quibus quandoq; herbe cocte admiscent. Et hic iubet princeps parū salis addere ne sit fastidiens sua dulcedine. Tertiū est q; saḥaricus ab humiditatibus salsis ꝛ nitrosis euacuetur cū pillulis ex seḥeba. i. de fumo terre q̄ describuntur in antidotario Nicolai ꝛ educūt salsum phlegma. Quartū est inūgere caput assidue cū suauibus oleis paruz tepefactis vt violato oleo vel nenupharino vel dulci ex oliuis quo reprimatur ꝛ corrigatur cerebri siccitas illata a nitrosis ꝛ salsis humoribus. Quintuz est in decrepitis saḥara vexatis embrocare caput aqua decoctiōis hordei camomille ꝛ alhocuē sine pluri qualibet nocte ꝑm hunc modū. ℞. hordei integri. ℳ. ij. camomille alhocuen idest matricarie minoris similis camomille quā matrone hic maronā appellant: aā. ℳ. i. decoquantur in lib. iij. aque fontis vulcis que super caput ab alto effundatur mediocriter calida: nam bene saḥaricum dormire facit. Uerum cura saḥare ex humiditatibus nitrosis ꝛ salsis in etate senij parua est: idest raro fiens: vel parua ad sanandū. i. difficilis quia causa ipsius: scilicet nitrositas in hac perseuerat. Sextum est q; decrepiti saḥara hac vexati frequenter odorent medicinas factas vt vnguenta emplastra vel magdaliones vel quasi poma ambre ex oleo alhocuen: idest matricarie minoris vel oleo irino vel oleo de croco: que incorpora si vis cum lapdano ꝛ cera: nam prouocāt somnum in decrepitis sua flagrantia.

Et quandoq; oportet.

¶ In. vi. primo ait q; in cura saḥare adeo superflue q; ex ea timetur resolutio seu casus virtutis ex deperditione naturalis caloris ꝛ spūz aliq̄n oportet in potu tribuere ceratim ex opio ꝛ similia narcoticaꝝ vt quātitas grani orobi ex cortice papaueris ꝛ ex radice mādragore. Et est ceratim nomē indeclinabile significans pōdus quoddā. s. medi

cta ex oleo albocuen aut oleo irino aut oleo de croco. ¶ Et quandoq; oportet vt in potu tribuamus habēti saḥarā superfluam virtutis cuius timet resolutio ceratiua ꝛ sikia ex opio vt faciat ipz dormire. Ei vero qui non hz saḥarā cū huiusmodi superfluitate sufficit vt laboret exercitetur ꝛ balneet. Deinde ante cibum bibat aliquantulum vini ꝛ comedat cibum q̄n dormiet in hora.

¶ De lesionibus sensus. Cap. vij.

Pecies nocumenti.

¶ In hoc ca. ꝑmo tangit numerū causaꝝ spēruz nocumēti sensus interioris ꝛ numeꝝ modoꝝ qbus cognoscunt. Scōo declarat mōs cognoscēdi nocumēta hec: ibi ¶ Cū enī sensus ¶ Tertio dat mōs cognoscendi cās hoꝝ nocumentoꝝ: ibi ¶ Et quodcūq; hoꝝ ¶ Quarto curā eoꝝ generalem: ibi ¶ In curis autem. ¶ In. i. parte dicit primo q; species nocumenti seu nocumentoꝝ sensus cōtingentis i operationibus cerebri. i. in operibus virtutū sensitiuaꝝ in teriorum cerebri: vt sensus cōis cogitatiue ꝛ memorie sunt ꝓpter duas causas. Prima est excessiuus calor: quo permutant operationes nunc octaꝝ virtutum a natura propria. Secunda est excedens cerebri frigiditas qua diminuunt vel auferunt dicte operationes. Per lesionē ergo aut nocumentū sensus intelligit hic princeps nocumentū sensitiue virtutis interioris: quā Bak. iij. morbi ca. vij. ꝛ. v. eius ca. vlti. regitiuaz vocat. Scōo dicit hic q; nocumēta cōtingentia in opationibus sensitiuarum virtutum interioꝝ cognoscunt tribus modis: videlicet ꝑ tres signoꝝ species. Prima significat super lesionibus seu nocumentis optionū imaginatiue virtutis ꝛ sensus cōis. Secūda sup lesionibus opationum cogitatiue ꝛ estimatiue. Tertia sup lesionibus opationū memoratiue ꝛ reminiscitiue. Et hec signa dicentur in parte sequenti.

Cum enim sensus.

¶ In. ij. ꝑmo agit de signis lesionis memorie solius. Scōo cogitatie solius. ibi ¶ Qd si in ℞ ¶ Tertio imaginatiue solius: ibi ¶ Si vo eius ¶ Quarto duaꝝ ex his vel triū: ibi ¶ Et si aggregent ¶ Quito de facilitate adductionis vnius istarum lesionum ab altera: ibi ¶ Et vt cogitatio. ¶ In prima particula innuit q; lesio seu nocumentum operationis virtutis sensitiue interioris per tria significatur solum esse in memoria ꝛ in

De partibus

am ptez oboli. ꝛ est siliqua vna ꝛ. ʃ. siue pondus: vi. granoꝝ hordei vt ait catholicon. Aliqui liboꝝ non hic ceratim sed ceratam habent: alij ceratina. Per que intelligere possumus formas similes granis aut semini xi locataracte qō krat vocaf: ꝛ ide tractū est noie pōderis. iiij. granoꝝ kirat appellatū. Ac si hic velit princeps q; ex opio fiāt forme similes granis xi locataracte vel granis orobi vel paruoꝝ pisoꝝ: ꝛ detur forma vna pro dosi q̄libet hora dormiēdi dissoluta in vno paruo cocleari vini limphati. Alij ꝓ ceratam hic intelligūt telam ceratam que recipit opium ꝛ superponit fronti ꝛ tpibus: sed hec in potu tribui nō potest vt ℞ iubet princeps: quare nō est ad ꝓpositū. Secūdo dicit hic q; saḥarico q; non hz saḥarā ita superfluā sufficit pro cura saḥare hmōi vt ipse laboret ꝛ exercitet vel incurrendo vel in peditando vel in egtando vel in aliquo alio laboze corporis donec parū lassus vel fatigatus sit. Deinde anteqū cibū cōplete comederit bibat aliquantulū vini vinosi: postea ꝓcomedat ꝛ dormiet in hora id est cito aut statiz tū ꝓp laborē q; getē ꝛ somnū poptare facit: tū ꝓp vapores suaues ꝛ mulcebres qui ad cerebrum tendunt a cibo ꝛ vino.

¶ De lesionibus sensus. Cap. vij.

Pecies nocumenti.

¶ In hoc ca. ꝑmo tangit numerū causaꝝ spēruz nocumēti sensus interioris ꝛ numeꝝ modoꝝ qbus cognoscunt. Scōo declarat mōs cognoscēdi nocumēta hec: ibi ¶ Cū enī sensus ¶ Tertio dat mōs cognoscendi cās hoꝝ nocumentoꝝ: ibi ¶ Et quodcūq; hoꝝ ¶ Quarto curā eoꝝ generalem: ibi ¶ In curis autem. ¶ In. i. parte dicit primo q; species nocumenti seu nocumentoꝝ sensus cōtingentis i operationibus cerebri. i. in operibus virtutū sensitiuaꝝ in teriorum cerebri: vt sensus cōis cogitatiue ꝛ memorie sunt ꝓpter duas causas. Prima est excessiuus calor: quo permutant operationes nunc octaꝝ virtutum a natura propria. Secunda est excedens cerebri frigiditas qua diminuunt vel auferunt dicte operationes. Per lesionē ergo aut nocumentū sensus intelligit hic princeps nocumentū sensitiue virtutis interioris: quā Bak. iij. morbi ca. vij. ꝛ. v. eius ca. vlti. regitiuaz vocat. Scōo dicit hic q; nocumēta cōtingentia in opationibus sensitiuarum virtutum interioꝝ cognoscunt tribus modis: videlicet ꝑ tres signoꝝ species. Prima significat super lesionibus seu nocumentis optionū imaginatiue virtutis ꝛ sensus cōis. Secūda sup lesionibus opationum cogitatiue ꝛ estimatiue. Tertia sup lesionibus opationū memoratiue ꝛ reminiscitiue. Et hec signa dicentur in parte sequenti.

Cum enim sensus.

¶ In. ij. ꝑmo agit de signis lesionis memorie solius. Scōo cogitatie solius. ibi ¶ Qd si in ℞ ¶ Tertio imaginatiue solius: ibi ¶ Si vo eius ¶ Quarto duaꝝ ex his vel triū: ibi ¶ Et si aggregent ¶ Quito de facilitate adductionis vnius istarum lesionum ab altera: ibi ¶ Et vt cogitatio. ¶ In prima particula innuit q; lesio seu nocumentum operationis virtutis sensitiue interioris per tria significatur solum esse in memoria ꝛ in

Universidad de Deusto
Biblioteca

rio: i verbi gratia sensus. i. ratio ⁊ actus cogitatiue est sanus: ⁊ imaginatio rerū in somno ⁊ etiā in vigilijs est sana. Et in hoc inuit sanitatem sensus cōis: ita q̄ imaginatio sumatur p̄o sensu cōi ēt ⁊ spēs illarū rerū dicuntur ab eo: ita q̄ ipse percipit se posse proponere: ⁊ rōnari de huiusmodi rebus cōprehensis in somno vel vigilijs. Sz sunt remote ab eo: ⁊ cum audit eas testificatur illas fuisse de q̄bus dicere ⁊ proponere volebat: non tū remanet apud eū⁹ vsuz i. q̄ ipe possit eis vti: imo abolent a memoria. Vel possent ꝓponere. s. i actu eoz. s. postq̄ cessauerūt. Dixit aūt res quantū ad spēs sensatas: ⁊ dispōnes quātum ad insensatas vt dixit res quātum ad spēs directe iportantes: dixit dispositiones quātuz ad circunstantias. Quod si ponit ordinem signoruz: quibus cognoscimus nocumentuz estimatiue siue rōnis: ⁊ dicit q̄ si in hoc scz imaginatiua nō est impedimentuz. Sed loquitur ⁊c̄. q: ut turpiaynde nō verecūdatur ⁊ timet ⁊c̄. hec oia sunt peccata circa iudicia intentionū ⁊ specierum non sensatarum.

no ⁊ vigilije est sana. Deinde sunt res ⁊ imaginationes quas videt in vigilijs suis aut in somno suo ex eis de quibus possibile est ipsum proponere ⁊ remouentur ab eo: ⁊ cuz audit eas ⁊ testificatur non remanent apud eum tunc lesio illa est in memoria ⁊ in posteriore cerebro. ¶ Quod si in hoc non est impedimentuz sed loquitur ea que non sunt dicenda ⁊ timet ab eis a q̄bus timere non oportet: ⁊ putat esse bonum quod nō debet putari bonum: ⁊ sperat quod non est sperandum: ⁊ inquirit quod inquirendum non est: ⁊ facit quod faciendum non est: ⁊ cogitatiua ad imaginatiuā. Secūdo mō pōt exponi q̄ facilius ⁊ sic frequētius accidit nocumentū in cogitatiua pp nocumentū in memoratiua: q̄ econtra. Rō cōis est: ventriculus posterior est durior q̄ medius: ergo eo leso quod magis dz resistere facili⁹ erit ledere mediū ⁊ ēt anteriorem. Sed quāuis medius vētriculus ledat cū sit mollior nō propter hoc leditur faciliter posterior. Secūda rō est: q: opatio cogitatiue plus pēdet ab opatiōe memoratiue: scz ab eo q̄ memoratiua sibi ministrat: q̄ operatō memoratiue pendeat ab eo q̄ cogitatiua mistrat. Hoc declaratur dupliciter. Primo q: memoria falso representās facit apparere nocumentuz i cogitatiua: vt videatur i ea esse error: vt si memoratiua pōit corā extimatiua spēm inimici: vt petri loco spēi amici martini iudicat inimicitia: vbi dz iudicare amicitiam: sed si cogitatiua errat in iudicio non sic apparet i hoc error memorie: q: datuz iudicium siue bonuz siue maluz: si retineat dicitur memoratiua sana. Declaratur hoc. Secō q: i nobis prouectis iudicia estimatiue multū pendent a rebus in memoria reseruatis: ⁊ circa illas multū exercitamur plusq̄ exercitemur in rebus ab extra venientibus: si enim de aliquo mō volumus facere iudiciū: an bonuz sit vel maluz vel prosequendū v. pfugiendū: excludimus in nobis exteriores sensationes ⁊ cōuertimus nos ad intrinsecas spēs p similitudinē ⁊ cōtrarietatez ⁊ discursuz in multis a nobis auditis: ⁊ visis consulimus sic esse sienduz. Actus ergo iste iudicij multuz pendet ab actu memorie presentātis spēs multas hactenus cōprehensas: ⁊ actⁿ cōseruatiue. s. memorie nō sic pendet ab actu estimatiue. Si enim p̄o aliquo nunc vel tēpore cogitatiua nihil ministret memoratiue ipsa pōt in se habere spēs diucius ante cōseruatas. Aliter aūt q̄ memoria sumit⁹ p virtute memoratiua iudicatiua ⁊ remiscitiua: ⁊ ista est materialior: ⁊ illa facilius ledit

non est: ⁊ est potens[a] seruare ea quoruz vult recordari tūc lesio est in cogitatione ⁊ in parte media cerebri. ¶ Si vero[b] eius memoria ⁊ ipsius loquela sunt sicut esse debent ⁊ non contingit in his que agit ⁊ loquitur aliquid contrariuz rectitudini: ⁊ imaginatur res sensibiles ⁊ colligit villos ⁊ videt singularia mendosa: ⁊ ignes ⁊ aquas ⁊ reliqua mendosa: aut debiliter imaginatur formas rez in somno ⁊ vigilijs tunc lesio est in imaginatione ⁊ in ventre anteriori cerebri. ¶ Et si[c] aggregāt duo ex illis aut tria tūc lesio est in duob⁹ vētribus aut trib⁹.

a ¶ Et est potens.] ¶ Hoc significat sanitatez memorie: sequitur quod fit nocumentuz in cogitatione siue ratione ⁊c̄.

b ¶ Si vero eius.] ¶ Hic ponit ordinez signorū quo cognoscimus nocumentum imaginatiue ⁊ partis anterioris: ⁊ dicit si eius memoria ⁊ loquela. s. obediendo estimatiue sunt sicut debet ⁊c̄.

c ¶ Et si aggregātur.] ¶ Hic oia signa simul aggregat vno. Et primo facit hoc. secūdo ponit quādam cōpationez. ibi ꝑa[ ] Et si cogitatio.] Hec secunda pars pōt dupliciter exponi. primo facilius. i. minus malum est q̄ principalis passio sit in memoria ⁊ i cogitatiua sit cōpassio: q̄ q̄ principalis passio sit in cogitatiua ⁊ in memoratiua sit cōpassio. Et causa est q: in cogitatiua est principalior ⁊ nobilior virtus. Et eadem comparatio

Jacobus

posteriori parte cerebri. Primum est cum sensus hominis communis est incolumis in apprehensione formarū sibi trāsmissaruz a. v. sensibus exterioribus: ⁊ imaginatio formaruz rerū sensibiliū idest cōseruatio dictaruz formarū in imaginatiua absentibus obiectis est sana ⁊ i somno ⁊ in vigilijs reseruās vt decet dictaz reruz formas in vtroq̄ tempore. Et per imaginatiuā in toto isto passu virtutē itellige p̄mi ventriculi q̄ formas sensatas sibi reseruat absentibus obiectis quā primi prima doctrina. vi. capitulo quinto: fantasiam dixit a philosophis communiter vocari. Galienus vero medicorum princeps solet hanc virtutez que ventriculo insidet anteriori de sensitiuis imaginatiuā virtutez appellare: quem princeps in libris practice imitatur. Secundū est cū res ⁊ imaginationes quas in somno videt ⁊ in vigilijs sunt ex illis rebus de quibus ipse actu pōt propone re idest cogitari vel ratiocinari ⁊ postq̄ ipse de eis cogitauerit vel ratiocinatus fuerit remouentur ab eo sic q̄ cessat circa has cogitare ⁊ de ipsis ratiocinari. Tertiuz est q̄ cuz rursus audit aut videt eas ⁊ testificat se videre vel audire has non remanent apud ipsuz he res vise vel audite: neq̄ forme ipsarum aut intentiones in memoria: quare statim post obliuiscitur harum ac si non vidisset neq̄ recordatur. Et per primuz quidez signi ficatur q̄ imaginatiua sana est. Et per secūdum q̄ sana est cogitatiua. Et per tertium q̄ memoratiua lesa est. De ista lesione memoratiue actionis refert Galienus tertio morbi capitulo tertio: auctoritate Misidi medici q̄ pluribus hominibus trāsacta pestilentia tanta fuit obliuio q̄ parētes ⁊ amicos traderent obliuioni ac etiam seipsos. Et iterum. v. morbi capitulo vltimo ait. Quosdam enim vidimus qui suam artez obliuioni tradiderunt siue scientiam quā de litteris habuerunt ⁊ nola etiam sua ignorauerunt. Et de his presumere possumus q̄ sane apprehendebant formas rerum sensibiliū ⁊ q̄ fugiebant a noctiuis ⁊ prosequebant eis conferentia licet essent immemores: quapropter imaginatiua ⁊ cogitatiua sane in ipsis erant.

¶ Quod si in hoc non est ⁊c̄.] ¶ In secunda dat. viij. signa q̄bus cognoscitur operationis lesio in cogitatione sola esse ⁊ in parte media cerebri. Primum est si in hoc non est impedimentū scilicet in memoria ⁊ in posteriori cerebri ventriculo: cui signo superadde q̄ in imaginatiua non sit nocumentum nec in anteriori ventriculo cerebri. Secundū est q̄ eger non loquenda loquitur ⁊ profert verba que coram hominibus vir bene sensatus nunq̄ proferret: vt q̄ patrem occidit vel patriam prodidit vel deum abnegauit vel dyabolo se dedit. Tertium est cū timet que nō sunt timenda: sicut q̄ mundus statim finiatur vel q̄ celum ruat ⁊ omnes suffocet vt q̄ diluuium generale fiat. Quartum est cum aliquis putat esse bonuz q̄ non est: vt se submergere vel se suspedere vel assidue fugere p̄sortia viuorum ⁊ frequentare sepulcra mortuorum aut cimiteria. Quintum est sperare quod non est sperandum: sicut amens quidam notabilis clericus huius ciuitatis diebus nostris sperans stellificari frequenter dicebat q̄ esset boetes vna ex stellis fixis: ⁊ id deum iugiter deprecabatur. Sextuz est cū inquiruntur non requirenda: vt cum illitterati ydiote simplices querunt archana dei: sicut nuper accidit cuidaz filuatico simplico ⁊ ignoro q̄ scīn dēdo arbores cogitare cepit ⁊ inquirere quomodo sancta dei mater post partum permansit virgo inuiolata: ⁊ inde amens factus mihi adductus fuit p̄o consilio super hoc habendo: ⁊ ipsum totum vidi alienatum recitantem tamen quod sibi contingerat priusquā ceciderit in alienationem. Septimum est facere quod non est faciendum: vt nudum incedere per vicos ⁊ plateas: vel se precipitare in puteum aut flumen vel ab alto in imū: vel ledere homines quibus occurrit sine apparentia. Octauum est quan

De partibus

do bene recordatur ⁊ seruare potest in memoria sua res de q̄bus ipse vult recordari: sicut dictus clericus qui optabat esse boetes tāte memorie fuit q̄ viso semel solum homine extraneo ⁊ scito nomine eius ac cognomine si infra vnum mensem redibat ad eum statim hunc nominabat p̄o prio nomine ⁊ cognomine eius. Et si huic addideris q̄ sane apprehendat formas rerum sensibilium tunc complete habebis signa lesiōis cogitationis solius ⁊ medie partis cerebri sanis manentibus alijs partibus ⁊ virtutibus sensitiuis cerebri. Et hanc lesionem sub quodam exemplo iij. morbi capitulo. vij. Galienus sic declarat. Alij vero nihil mali imaginantur boni tamē sunt immemores: idest ignari vel imperceptiui vel nō recte iudicantes: q: discretiua virtus anime patitur sicut contingit cuidam homini qui claudens ostium domus in qua erat inclusus cepit vasa que domi habebantur foras per foramina domus ostendere rogans euntes: idest interrogans vtrum ea proijci iuberent: vas tamen vnumquodq̄ suo proprio nolabat nole: ideoq̄ monstrabat memoriam eius non esse corrupta eo q̄ recte singula vasa nominabat nec sua imaginatio erat corrupta: quid tameu si eycerentur contingeret ignorabat ideoq̄ erat insanus: hec Galienus.

¶ Si vero eius memoria ⁊c̄.] ¶ In tertia dat quatuor signa quibus cognoscitur operationis lesio in imaginatione sola esse ⁊ in anteriori cerebri ventriculo sibi deputato. Primuz est si memorationis operatio sit vt esse debet sine impedimento: ex quo significat q̄ nulla est lesio nec in memoratiua nec in organo eius. Secūdum est si loquela infirmi sit vt esse debet sana ⁊ incolumis neq̄ loquitur neq̄ agit aliquid quod sit contrariuz rectitudini ratiōis ex quo significatur cogitatio nō lesa esse nec eius organum. Tertium est si infirmus imaginetur res sensibiles esse ei presentes que presentes non sunt vt quosdam ex mortuis sibi ante cognitis vel aliquos demōes sub aliqua horribili corporis specie. Vel si villos colligit ex vestibus suis quasi aliquid queritans vel sibi attrahere vel a se abiicere vel videt: idest videre putat aliqua mendosa singularia sicut ignes aq̄s ⁊ reliqua mēdosa velut muscas cynifes. Per que designatur q̄ operatio virtutis imaginatiue permutata est a natura. Quartuz est cum infirmus debiliter imaginatur formas rerum sensibiliuz in vigilijs ⁊ in somno ex lesione organorum sensuum exteriorum. Per hec enim signa significat q̄ lesio est in imaginatiōe ⁊ in anteriori cerebri ventriculo: sicut olim accidit theofilo medico teste Galieno tertio morbi capitulo tertio. Jo enim cum infirmaretur nihil ex virtutibus aiatis amisit. Verūtamen patiebatur. Nam in angulo domus sue putabat cantores esse ⁊ fibilatores necnō ⁊ organatores quosdam etiam cogitabat sedere: quosdam etiam erectos stare: eos tamen omnes die noctuq̄ a cantu ⁊ fibilo nequaq̄ quiescere vnde precepit eos domum exire. Cum autem sanaretur narrauit que viderat ⁊ audierat necnon ⁊ visitatores eius sana tamen mente: hec Galienus.

¶ Et si aggregātur ⁊c̄.] ¶ In. iiij. dicit q̄ si aggregētur duo aut tria ex illis signis tūc erit lesio in duobus aut tribus cerebri vētriculis ⁊ in opationibus duarū vel trium virtutū sensitiuaruz interioz. Verbi. g. si signa lesionis memoratiue cōuenīant cuz signis lesionis cogitatiue tunc simul ledētur pars cerebri media cum posteriori ⁊ cogitatiua cū memoratiua. Et si signa lesiōis imaginatiue virtutis simul cōgregentur cum signis lesionis cogitatiue tunc simul ledentur partes cerebri prior ⁊ media ⁊ imaginatiua cū cogitatiua. Sed si signa lesionis memorie cogitationis ⁊ imaginatiue simul concurrant tunc simul lese erunt omnes cerebri partes ⁊ sue virtutes sensitiue interiores.

¶ Et vt

Universidad de Sevilla

lius leditur p lesionez simplicis cogitatiue: q est materialioz q̄z regitiua: sumit memoratiua p ꝓseruatiua: ⁊ ad illius lesionē plus accidit ledi cogitatiuā: semp. n. vtus malis ledit magis imaterialez q̄z ecōtra vt Auer.

a ¶ Et quodcūqz. ¶ Hec pars pōt dupliciter exponi. ꝑmo q hic ostendit p aliuz modū a predicto quō nocumēta sensuuz cognoscantur tribus modis. Nā hec nocumēta vel sunt cū ablatiōe: ⁊ hoc dat intelligi vel diminutiōe vel corruptione: siue pmutatiōe. ſcōo modo pōt exponi q hic ondit quō species nocumētoz sunt pp duas cās Et ꝑmo hic ostēdit vna via. ꝓo alia. ibi ꝓa| Causa vero.] Prima in duas ꝑmo facit hoc: ꝓo declarat qddam. ibi ꝓa| Et qdam.] Primo arguitur sic: nocumētū opationū virtutū vel ē diminutionis: ⁊ fit a frigore vel pmutatiōis ⁊ fit a calore: ergo due sūt cause nocumentoz cum nō sint alij modi nocumēti: hec declarata sunt supra.

Et vt cogitatio infirmetur ⁊ accidat in ea abbreuiatio propter cōmunitatem lesionis in memoria precedentis primum facilius est q̄z si infirmetur cogitatio ⁊ sequatur eam egritudo memorie. ¶ Et quodcūqz[a] horum est declinans ad diminutionem tunc egritudo est ex frigore: ⁊ quodcūqz est decliue ad permutationem ⁊ agitationem est ex caliditate. ¶ Et quidam[b] existimauerūt q̄ declinatio ad diminutionez est propter diminutionem substantie cerebri: ⁊ hoc quidem non est longinquum apud me. ¶ Causa[c] vero eius aut est in primis in ipso cerebro aut est ex membro alio. Et quādoqz est ab extrinsecis sicut per cussione aut casu. ¶ In curis[d] aūt opoz

b ¶ Et qdaz existimauerunt. ¶ Quia diceret aliqs est ne alia cā diminutionis opationum cerebri. Dicit ēt q pōt poni tertia cā. s. diminutio substantie cerebri apud quosdaz. s. Rasim. 3. conti. cap. de nocumēto memorie. ¶ Cōsideranduz q diminutio substantie cerebri de qua est sermo Raſ est sua extenuatio. vnde etiā fit diminutio spūum: ⁊ sic actuuz etiā diminutio: ⁊ hoc neduz q nō sit longinquū: sed etiā est possibile: vnde dicit ibidez Rasis dico q multotiēs accidit in cerebro egritudo ex diminutiōibus quātitatis ei⁹: ⁊ ideo deficiūt rōnes villoz debiliū extenuatoz preter nām: q medulla ⁊ cerebrū minoratur in omnibus animalibuz multis temporis ⁊c.

c ¶ Causa vero. ¶ Hic oñdit quō nocumēta in opationibus cerebri fiant ꝓpter duas cās: pōt aūt modus iste sic fieri: cause nocumētoz cerebri: vel sunt in cerebro: vel sunt p compassionez. Et tūc annectit tertiam cām. lz principaliter sint due. Vel posset dici q cā extrinseca reducitur ad cām in cerebro. Scōo modo pōt fieri hec diuisio causaz: quedā sunt intrinsece: quedaz extrinsece ⁊ intrinsece: vel sunt in cerebro vel in alio membro ad quod cerebrum compatitur.

Jacobus

¶ Et vt cogitatio ⁊c. ¶ Jn. v. dicit q facili[e] est: vt cogitatiōi accidat infirmitas ⁊ abbreuiatio. i. diminutio vel debilitas ꝓpter cōtatez. i. cōpassionē qua ipa cōpatif lesioni in memoria que primū ꝓcessit eā q̄z q cogitatio ꝑus infirmef ⁊ sequaf eaz passio memorie vel infirmitas eius. Hoc est dictū q in lesionib⁹ cogitatiōis ⁊ memorie simul facilius accidit vt lesio memorie ꝓcedat lesionē cogitatiōis ⁊ sic eius cā q̄z vt cogitatio prius infirmef: ⁊ fit cā infirmitatis in memoria: q: cū memoria sit velut thesaurus cogitatiōis refuans spēs ⁊ formas circa quas cogitatiua agit facillime turbaf ipsa cogitatio pturbato eius thesauro: ſz cogitatio facile ⁊ frequēter turbari pōt nō turbata simul: nec ex ꝑnti memoratione. Sepe enī videmus ⁊ melancholicos ⁊ maniacos bene memoratiuos ⁊ melius sanis: quia memoria sibi tenaciter in his reseruauit species ⁊ formas sibi olim impressas a cogitatiua.

Et quodcūqz horum.

¶ Jn. iij. parte ꝓncipali ꝑmo dat duas regulas ad noscendū qñ lesiones cerebri fiūt a frigore ⁊ qñ a calore. Scōo recitat quandā opinionē ⁊ approbat eā: ibi| Et qdā.] Tertio diuidit cās lesionuz ptium ¶ Jn. j. particula primo ait q qōcūqz [cerebri: ibi| Cā vo eius.] hoz nocumētoz cogitationis ⁊ memorie declinās fuerit ad diminutionem: sic q actio eius diminute fiat tūc egritudo eius a frigore ꝓcedit: qō est inimicū cerebri spiritib⁹ ⁊ vtutibus eius ⁊ innato calori infrigidās spūs ⁊ ineptās ad motū facilē ⁊ velocē: vnde diminuunf opationes que per ipsos fiunt. Scōo dicit q omne nocumētū in actionibus istarū virtutū qō est declinās ad pmutationē a natura ꝓpria ⁊ agitationē fit a caliditate cerebri excessiua que cerebri humores ebullire facit ⁊ spirit⁹ agitat. Adde his dictis tertiū q si opationes dictaz virtutū fuerint ablate: vt in apoplexia maiori ꝓtingit hoc fit a frigore superceder vel ab oppilatione cōpleta viarū: hec ꝓe declarata sunt: ideo breuius hic pertranseo.

¶ Et qdaz ⁊c.] ¶ Jn ꝓa primo ait quosdā fuisse opinatos q declinatio ad diminutionē in opatiōibus sensitiuis iterioribus cerebri fit a diminutione sube medullaris eius: nō eqdez semp nec ab illa solū: sed in aliqbus veluti in fatuis valde parui capitis male figurati in quoz capitibus cellule cerebri sunt inepte distincte nō cōmēsurate ꝑm q cōuenit. Et cognoscif opationū cerebri diminutio ab hac causa per absentiā causaz aliarū ⁊ suoz signoz. Scōo dicit| ⁊ hoc qdē]scilz diminutionē opationū cerebri a diminutionē sue sube ꝓcedere nō est apud me lōginquū seu distans a veritate: imo ꝑm me veritati ꝓsonū. Juxta illud vulgare famosuz puerbiuz: de fatuis dici solitum: q non hñt cerebrū vel filum cerebri.

¶ Causa vo eius ⁊c.] ¶ Jn tertia dicit q causa lesionis opationuz cerebri dictarū vel est in ipsomet cōprehēsa cerebro: que vocari solet causa ꝑuata sicut phlegma aut frigus. Aut a membro alio sicut a stomacho cerebro cōmunicaf: vel ab extrinsecis aduenit cerebro sicut a casu vel percussione vel frigore aeris.

In curis autem.

¶ Jn. iiij. pte sup generali cura lesionū virtutū sensitiuarū interioz ꝑmo remittit nos ad principia seu canones vniuersales quos ipse pdocuit cap. vlti. primi trac. huius Fen. Et iubet vt per his solliciti simus qñ per eos scie

d ¶ In curis. ¶ Hic in generali ponit curam nocumentoz sensuum. Hec aūt cura ꝑficitur sciendo cañ. medicationis dictos supra hac fen: q: hec nocumenta sequuntur aliquaz egritudinem: ⁊ ibi ponuntur cañ. ad hoc ⁊ perficitur sciendo cibos ⁊ medicinas confortantes sensus ⁊ nocētes: ⁊ ista sciuntur ex secundo canone.

¶ De permixtione sensus ⁊ alienatione. Capitulum. viij.

Permix

p tionis vo ⁊c.

¶ Jam in generali determinauit de nocumentis sensuuz. i. virtutuz intrisecaz cerebri: que dicunf virtutes morales. Hic determinat d nocumētis haz virtutū in spaciali. Et primo de nocumento vniuscuiusq; virtutis diuisim. scōo de nocumēto aliaz alias illarum virtutuz qñ simul ꝓiunguntur oium virtutum vel duarum lesio siue nocumētū. ibi ꝓa| Expositio manie.] Prima in tres. primo determinat de nocumēto vtutis cogitatiue. ꝓo d nocumēto memoratiue. tertio d nocumēto imaginatiue. ibi ꝓa| Ipsa est comparstoliditati] ibi z[a] | Ipsa eadē.] Prima in. d. ꝑmo determinat de nocumēto cogitatiue siue rōnis; qd est corruptio siue pmixtio. ꝓo de nocumēto qd est diminutio vel ablatio. ibi ꝓa| Differētia inter] Prima in tres. ꝓio ponit cās. ꝓo signa. tertio curā. ibi ꝓa| Scias] ibi tertia| Curā.] Prima in duas. primo inuestigat cās. ꝓo spēs quasdā hoz nocumētoz cōparat ad inuicē. ꝓa ibi| Et pmixtio.] Prima in duas: nā pp duas cās erant spēs nocumēti opationum cerebri. s. pp cām in cerebro: ⁊ pp cām extra. s. p cōitatem siue cōpassionem. ꝑmo ergo declarat primas spēs cāruz. ꝓo scōas. ibi ꝓa| Et facta pp membrum.] Notandū q per pmixtionē sensuum ⁊ alienationez intelligit nocumentū cogitatiue siue rōnis qd est corruptio siue pmutatio: ⁊ est verbi gra cum rectū ⁊ honestū iudicat nō honestū nec rectū: ⁊ hoc est qd dicit Rubrica de pmixtione sensus. i. cogitationis ⁊ ꝓo. i. alienatione. i. de nocumēto qd est corruptio cogitatiue: ⁊ tunc dicit de declaratiōe permixtiōis ⁊c. q̄si diceret: hic ego declaro in spāli qd supra gñaliter posui.

Quid intelligend tione sensus de al

Ermixtionis

p vero sensus ⁊ alienationis declaratio est quoniam que fit ꝓpter cerebrum ipsum est aut ex cholera nigra: aut ex sanguie cholerico inflāmato: aut ex cholera citrina: aut ex cholera rubea

De partibus

mus q̄liter ⁊ qbus modis ⁊ per quas medicinas alterari pōt male cōplexiones ptium cerebri que sunt cause dictaz lesionū: ⁊ qbus modis ⁊ per q̄s medicinas digeri ⁊ resolui ⁊ expelli pōt ille māe tam diūcte q̄z aūtes ex qbus nascuntur dependēt ⁊ crescūt dicte lesiones. Scōo remittit nos ad ꝑm canonis: ⁊ ad tabulas illas egritudinū capitis que sunt in illo: puta in capitulis simpliciū medicinaz sub isto titulo| Dēbra capitis respicit] Et iubet ab istis tabulis extrahē primo medicinas que iuuāt in curis lesionū cerebri qbus est vtendū tali moderamine: ⁊ cum frenis talibus q̄ inde sanent. Scōo extrahē medicinas illas que cerebro nocēt ⁊ particulis eius vt ipse euitenf ⁊ alienenf in lesionibus dictarū virtutū: ⁊ inde eas ingt ꝓsiderabis. i. ex his tabulis ipsas elicies medicinas noxias. Tertio extrahere de dictis tabulis cibos nocitiuos passiōibus capitis: vt ipi euitenf. Et alienabis ingt. i. elōgabis eos qui infirmanf in partibus capitis a cibis qui ledunt eos in ipsis lesionibus dictis.

¶ De permutatione sensus ⁊ alienatione. Cap. viij.

Ermixtionis vero.

p ¶ Postq̄z de lesionibus virtutū sensitiuarū interioz q̄liter egit hic agere incipit spāliter de lesionibus cogitatiue virtutis que vocari solēt pmixtio sensus ⁊ alienatio mētis: ⁊ semp inuente sunt tam in melācholica passione q̄z in maniaca: sed nō soluz in his: ideo de ipsis hic vt generalioribus prius ptractat. Et in hoc ca. ꝑmo agit de causis alienationis mētis ꝓpter cerebruz seu causam priuatam que in cerebro latet. Scōo de causis alienationis ꝓpter mēbra alia vel totū corpus: ibi| Et facta ꝓpter] Tertio cōparat alienatiōez que cum risu fit ad eam que cum ira cōtingit: ibi| Et permixtio rationis.] ¶ Jn prima parte primo innuit hanc diuisionem q pmixtionis sensus. i. ꝓturbate rationis ⁊ alienationis mētis est hec ꝓditio: q quedam fit ꝓpter cerebrū seu causam priuatam que in cerebro latitat. Alia fit ꝓpter aliud mēbrū aut ꝓpter corpus seu ꝓpter causam que prius inuenta est in aliquo istoz. ¶ Et hic attende q quidā libri sic habent hūc textū| Permixtionis vero sensus ⁊ alienationis de declaratione est qñ que fit ꝓpter cerebrū ⁊c.] Alij habent sic| Permixtio vero sensus ⁊ alienatiōis est ⁊c.] Sed melior est textus in quo inueniunf hec duo nōia pmixtio. s. ⁊ aliēatio sub eodē casu vel nominatiuo vel genitiuo: q: sumunf hic ꝓ vno ⁊ eodē puta ꝓ actione lesa ⁊ permutata virtutis cogitatiue: quam Gal. frequenter appellat actionē corruptam nō corruptione que est ablatio vel destructio sed corruptione que pmutatio est a ꝓpria natura. Secundo hic inuit q pmixtio sensus nil aliud existens q̄z alienatio mētis cū fit pp cerebrū seu causam priuatam latitantez in ipso procedit ab aliqua vi. cārum hic expressaz. Prima est cholera nigra media cerebri particulam occupans vel naturalis vt in melancholia vel aduſta sicut in mania Secūda est sanguis cholericus feruēs ⁊ inflāmatus in media cerebri cellula ebulliens vt in phlegmone eius. Tertia est cholera citrina particule eidez cerebri ibibita ⁊ in hac ebulliens que ex cholera rubea tenui phlegmati cōmixta exoritur. Quarta cholera est rubea ebulliens in eodē loco. Quinta est color purus ⁊ imaterialis vel ex se inflāmatus ꝓpter aptitudinem ad inflāmationem: sicut in cerebro vehementer calido naturaliter

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Considerandu3 q3 Aui.nō declarat ſpecialiter qūo vnaquęq3 dictarū cauſa3: eſt cā nocumēti cogitatiue:qō eſt corruptio ſiue ꝑmutatio: q3 eſt ſatis notū:ſed ponit vnā3 cām cōem oibus iſtis cauſis. Et eſt q3 oēs iſte cāe exiccāt:⁊ ꝓriuant cerebꝝ materia ſpūs. Cholera.n.nigra ſanguis calidus inflāmatus ⁊c.oia iſta ꝙſumunt ſpūm ꝑ cuius ſpūs ſimile.i.ꝑ preſentiā:vel ſimile.i.ſimilitudinē3 ⁊ vtutē qua imprimit poſſibile ē rōni.i. cogitatiue virtuti ſuare viam ſuā.ſ.recti iudicij. ergo cū non pōt ſeruare viaz ſuā errat i iudicio. Sed tu diceres p iſtaz rationem ego probo q3 frigiditas eſt cā ꝑmixtiōis rōnis:q3 diminuit ſpūz. Dicenduz q3 diminutio ſpūs vñ eſt diminutio.i. inquātum eſt diminutio nō eſt cā ꝑmixtionis rōnis:q3 tūc frigiditas eēt cā huius. Sz diminutio a cauſis que agitāt ⁊ cō mouēt:ſicut eſt caliditas vel ſiccitas:vel vtrūq3 ē cā permixtiōis rōnis:vt Aui.inuit in ſi.cap.ſeq. a ¶Et facta. ¶Hic ponit cās permixtionis rōnis que cāe ſunt ꝑ cōitatem ad mēbrū aliud aut corpus.ſ.totuz ſicut in febribus. Et totum hoc.i.hec cōitas ſiue ſit ad ꝓtez ſiue ad totum:aut eſt pp qualitatez puraz.ſ.ſine mā: ſiue ſit a qualitatibus primis:vt caliditate vel ſiccitate:ſiue ſit de qualitatibus malis. Et hoc inuit cū dixit:a digitis ⁊c.⁊ a mēbris corrupte cōplexiōis.ſ.male venenoſe aut pp māz vaporoſam:⁊ hoc eſt qō dicit: aut pp vaporem. b ¶Et phlatis iā putridi. ⌋Hoc dicit:q3 vapor phlegmatis frigidi faceret diminutiōez cogitatiōis nō permixtionez. Sz cū vapor eſt phlegmatis putridi acuti:tūc generat nocumētuz qō eſt corruptio ſiue ꝑmutatio. c ¶Et permittio. ¶Hic cōparat ſpēs hoz nocumētoꝝ:⁊ includit hic apho.53.vi.ꝑticule. Deſipientie cū riſu ⁊c. Dicit ergo q3 magis incolumis eſt q̄ fit cū riſu:q3 ſignificat melācholiā ſanguineā. Et qete:q3 ſignificat māz nō multū acutā. Et deterior:q3 ſignificat māz acutā multū.

¶De ſignis. Cap.ix.

Lias q3. ¶Hic ponit ſigna:primo in generali:ſo i ſpeciali.ibi ſa⌊ Que vero ſit.⌋ ¶In ꝑma pte ponit duo ſigna permixtionis rōnis . Unū eſt dolor in pte de q̄ patiens nō querit:⁊ in quo nō ſentit permixtionē.i.nocumētuz ſiue tedium. Significat.n.permixtionez rōnis : q3 ſignificat qō nō iudicat nociuū qō eſt nociuuz:⁊ eſt apho.vi.ſcde ꝑticule. Quicūq3 dolētes aliqd corporis plurimū dolorē nō ſentiūt hīs mens egrotat. Sz tu diceres vnde ſequtur q3 actus cogitatiue ſit leſus:ſi hō nō percipit dolorē in pte aliq̄ vel derelictus in ſuba cerebri ⁊ ſpiritib⁹ eius a calore aeris vel calore ſolis ignis aut ſtuphaz ⁊ fortiter ipreſſus ſic q3 ibi maneat abeunte cā. Secta eſt vapor calidus feruens illic genitus ex ebullitiōe alicuius humorū. Tertio hic inuit q3 iſte ſex cāe ꝑ hunc modū inducūt alienationē: q3 ſunt ex illis que deſiccant cerebꝝ ⁊ ſpūs eius aereos ignitunt ſiccāt ⁊ inflāmāt quare ꝓriuant cerebꝝ mā ſpūs ⁊ innati caloris ꝑ cuius ſpūs ſimilē mām fit rō potens obſeruare ſuā cogitandi viaz abſq3 leſione. ¶Attende q3 ſola ꝓriuatio cerebri a mā ſpūs ꝓp dictas cās nō eſt tota cā q̄re mens alienat: ſed q3 ſpūs mā carentes qua ſubſtēterēt igniti ⁊ ſubtiles ⁊ inſtabiles fiūt ⁊ inepti ad recte ratiocinandum ⁊ cogitandum ⁊ exiſtimandum.

Et facta ꝓpter. ¶In.ij. ꝑmo ait q3 alienatio mentis que procedit ab alio mēbro q̄s ab ipo cerebro vel a trunco corpis eſt ſicut illa q̄ fit ꝓp ſtōm vel ꝓpter os ſtōi mā oppſſum mordaci ⁊ acuta que ad mediū cerebri ventriculū effumās vel euaporās ſpūs ꝙturbat que rectis actibus cogitatiōis deputati ibi ſunt. Et illa que a mirach fit vt in melīa mirachia cōtingit que fit ab humoribus groſſis melicis in mirach ꝓtentis vel ꝑpe mirach trāſmittētibus tenebroſos fumos ad vētriculū cerebri mediū. Et eſt mirach groſſus exterior vētris panniculus cui muſculi ipſius.viij.ſunt inſerti. Vel illa que fit ꝓpter matricē phlegmone oppſſam vel herifipila vel repletā aliquo ardenti humore vel mā venenoſa peſſima:cuius ardēs fumus vel veneno ſus ad cogitatiue organū ꝓuenies oia interturbat. Vel illa que fit ꝓpter totū corpus vt in putridis ꝓtinuis febribus ex fuliginibus putridoꝝ humoꝝ ad mediā cerebri cellulā elatis corrūpentibus ſpūs rationi famulaturos. Scdo declarat qbus modis mēbra hec vel qbus medijs alienant mentē ſeu rōnez. Quoꝝ primus eſt ꝓpter qualitatē purā imateriales3 que ab infirmo mēbro ad cerebri mediā cellulā aſcendit ſicut cōpaſſio doloris fortiſſimi in panaricio vel ardoris nimij vel qualitatis venenoſe peſſime ſicut eleuat a digitis pedū vel digitis manuū in cathalētijs venenoſa qualitas vel ardor nimius q̄ aſſantur ⁊ a mēbris alijs aſſatis ſeu apoſtema paſſis corrupte cōplexiōis. Secūdus modus eſt ꝓpter vapores vel fumos calidos acutos mordaces: vt eſt vapor cholere vel vapor phlatis putridi ⁊ acuti qui a membro infirmo ad mediam cerebri particulā aſcēdit ⁊ ipſam conturbat.

Et permixtio. ¶In tertia dicit ꝑmo q3 alienatio mētis ſeu rōnis ꝑmixtio que cum riſu fit ⁊ qete infirmi ſine agitatione ſuoꝝ mēbroꝝ eſt incolumior.i.magis ſalua ſeu minus timēda vel de morte infirmi ⁊ deſpatione ſue ſalutis nō adeo ſuſpecta: q3 ſignificat q3 materia eius eſt humor benignus.ſ.ſanguis vel vapor ipſius. Scdo dicit q3 illa que fit cum agitatiōe patētis plurima ⁊ rixa aut furore ⁊ audacia effronte ſeu temeritate inuadēdi hoies qui ſibi aſſiſtūt eſt deterior eſt magis ſuſpecta de finiſtro exitu vel incurabilitate : q3 ſignificat mām ipſius furioſam eſſe cui natura cerebri dñari nō pōt neq3 ipſam hoc.n.poſſet eē ꝓp defectū ſenſus tactus in ꝑticula illa:⁊ cogitatiua erit ſana. Dicendū q3 iudiciū de dolore inquātū eſt dolor formaliter forſan ꝑtinet ad eſtimatiuā:q3 eſt iudiciū de eo qō eſt nocitiuū : ⁊ q3 nō eſt aliq̄ res ſenſata extra:ſz eſt potius intētio. Et ideo exiſtente aliquo nocitiuo ꝑte ⁊ nō iudicare illud eē nocitiuū eſt ſignū nocumēti eſtimatiue ſiue cogitatiue. Tactus ergo diſtinctus ab eſtimatiua iudicat de eaz: que facit dolorem. Sz eſtimatiua iudicat de intētiōe que eſt dolor. Sed tu.t. illud nocumētuz vi eſſe ablatio actionis vel diminutio:nō aūt ꝑmutatio ſiue corruptio. ¶Dicendum q3 oz preſupponi q3 extimatiua iudiciū ferat de exiſtētia dolor⁹ ita q3 fit dolor in iudicio eſtimatiue: tñ nō iudicet eſſe nocumentuz:⁊ vt ſic ē actio corrupta. Aliter tñ poſſet dici ad primā inſtantiā quod Aui.intelligit q3 nō iudicare de dolore ſit ꝓp defectuz a cerebro:⁊ nō ſit ꝓp defectuz ꝓpriū ſenſus tactus:⁊ hoc confirmat ꝓp quod dicit de vrina olegaginea. Vel di3 q3 iudiciū eſt duplex. Unuz abſolute:q3 dolet:aut ſm qō nocitiuuz:q3 eſt qd potēs corrūpere:⁊ hoc iudiciū eſt eſtimatiue:ſz primū eſt tactus. Ad ꝟ aūt iudiciū eſtimatiue ſeqt̄ ꝟrere ⁊ ſollicitari de cura:q3 iudicat ſe noceri ⁊ ꝑmutari ab eo:qō ſm nām:⁊ ꝟ eſt qō dicit in quo nō ſentit ꝑmixtionē.i.nocumētū. ¶Et eſt ſimile ſic ſi aliqs videret ſibi amputari manū:⁊ tñ nō iudicaret ſe noceri ab ꝟ: ⁊ hoc nō curare eſſz nocumētū in cogitatiua:hic eſſet loc⁹ ſpeculatiōis. Aliū ſignū eſt vria oleaginea q3 ſignificat fortē calorē:vñ cogitatiōis actus ꝑmiſcet. d ¶Que vero. ¶Hic in ſpāli ponit ſigna:⁊ ꝓmo eius que fit ꝓp cāz in cerebro. Scdo eius q̄ fit ꝑ cōitatē. ibi ſa⌊ Illa vo. ⌋Prima in duas. ꝓmo ponit ſigna ſm vnāq̄q3 cām. Scdo ponit ſigna diſtinctiua inter ꝑmixtionē rōnis a caliditate ſicca:⁊ a caliditate hūida. ibi ſa⌊ Et vlter. ⌋Pria i quatuor ſicut q̄tuor ſunt eius cāe. Primo ponit ſigna facte a melia:⁊ in ꝟ cō prehendit ſigna facte a ſanguine. Scdo ponit ſigna facte a cholera. Tertio ſigna facte a caliditate ⁊ ſiccitate ſine mā. Quarto ſigna facte a phlegmate. ibi ſa⌊ Facta aūt a cholera ⌋ibi tertia⌊ Cū ea ⌋ibi q̄rta⌊ Factā autem. ⌋Prima in tres. primo ponit ſigna facte a melia melācholica.ſ.q̄ eſt fex ſanguinis vel ex fece ſanguis. Scō facte a cholerica. tertio a melancholia ſanguinea. ibi ſa⌊ Et ſi melācholia ⌋ibi tertia⌊ Et ſi eſt. ⌋¶Confide randū q3 de rōne melie melancholice eſt inducere triſticiā ⁊ malā eſtimationē.ſ.malū iudiciū:q3 timet de quo nō eſt timendū. De rōne aūt melancholie facte a cholera aduſta eſt ex caliditate ⁊ ſiccitate inducē mores ra-

Jacobus

De partibus

paces regere. Juxta id Hyppoc.aphoriſmo.vi. Deſipientie cum riſu quidem facte ſecuriores que vero cuz ſollicitudine moleſte.

¶De ſignis alienationis. Cap.ix.

Lias q3 omnis. ¶In hoc ca.primo dat duo ſigna quibus cognoſcit alienatio mētis in febribus. Secūdo dat ſigna alienationis mētis a melācholia:ibi⌊ Que ꝟo ſit ⌋Tertio a cholera:ibi⌊ Facta aūt. ⌋Quarto a caliditate ⁊ ſiccitate puris:ibi⌊ Cum ea aūt ⌋Quinto a phlegmate:ibi⌊ Factam autez. ⌋Sexto ſigna diſtinctionis alienatiōis a caliditate ſicca ab alienatione a caliditate hūida:ibi⌊ Et vniuerſaliter. ⌋Septimo ſigna alienationis communicate a membro alio vel a corpore:ibi⌊ Illa vero cuius. ⌋

¶In prima parte ait q3 tria ſignificant alienationē mentis in febribus. Primuz eſt dolor vehemens de quo nō cōquerit patiēs. Juxta id Hyp. aphoi.ij.apho.vi. Quicūq3 dolētes aliquid corporis plurimū dolorē nō ſentiunt hīs mens egrotat. ¶Sed q̄ret aliqs quomodo ſciemus q3 eger habeat vehementē dolorem ex quo neq3 hunc ſentit:nec de hoc cōqueritur. Dic q3 ſic ſcimus:quia ſentimus in capite ipſius vehemētes ardorem ⁊ pulſationē:⁊ videmus infirmum totū inquietū. Per hec enim noſcitur habere cauſaz vehemētis doloris. Et hic dolor ꝓ cauſa eius ſumitur. Juxta id Galie.in cōmento. Luz dolorem ſepe appellare cōſueuerit non dolorē intendit:ſed cauſam doloris. Secundum eſt:q3 patiens nō ſentit in dolore ſuo permixtionē:puta q3 ipſe ſit mente alienatus : qa ſenſus eius cōturbatus eſt ⁊ etiā ratio:licet reuera ſit alienatus ſicut percipimus ex hoc q3 ipſe nō loquenda loqtur ⁊ nō agēda agit. Tertiuz eſt:cum vrina infirmi eſt oleagina ex liquefactione ſuorū mēbroruz ꝓpter vehementiā febrilis ardoris qui liquefacies carnes ⁊ adipem quoꝝ liquores vrine ſmiſcentur vrinam reddit oleo ſimilem.

Que vero fit. ¶In ſecūda primo ait q3 ſi alienatio mentis a melācholia ꝓceſſerit:tūc fit cum triſticia: ita q3 patiens aſſidue triſtatur ſine cauſa aliqua exteriori cōtriſtante ꝓpter obtenebratiōnē ⁊ obfuſcatiōnē ſpirituuz aialiuz ⁊ ſanguinis a tenebroſitate melācholie. Fit etiā cum eſtimatione mala taz de ſemetipſo q̄s de alijs. De ſemet quidē quādoq3 exiſtimat q3 ſit dānatus vel illuſus a demonibus vel irriſus ab hoibus. De alijs vero ſz ſint amici ⁊ proximi ipſius frequenter exiſtimat q3 ſunt inimici ⁊ maliuoli ſui:quare fugit ab eis ⁊ abominatur cōſortia hominū querēs ſolitudinē. Et aſſunt in ea ſigna paſſionis melancholice que dicētur capi.xix.tract.preſentis ſi melācholia nō aduſta fuerit. Et ſi ſit aduſta ſigna aſſunt manie que dicētur ca.xvj. tracta.ipſius. Secūdo dicit hic q3 ſi in alienatione mentis melācholia eſt cholerica:ideſt de cholera rubea per aduſtionē genita:tunc eſt cū lupinoſitate:ideſt lupinoſis morib⁹ inuadēdo hoies ⁊ rapiēdo cuz perfidia que tenere appetit ⁊ cuz audacia:ideſt temerario furore ad ea que ſibi placēt

peragenda

pacés furiosos: ꝛ lupinos: de ratione sanguinee est inducere risum: ꝛ hec declarabūtur magis in cap. de melancolia. ¶ Considerandū ꝙ sanguinea pōt dici: qz facta ex sanguine inflāmato ꝛ vt sic cōprehenditur qō dixit supā in causis. Vel dī sanguinea: qz fit de melia sanguini mixta: ꝛ q̄liter cūq; sit dūmō cū illa melia peccet sāguis iducit accñtia risus ꝛ leticie.

a ¶ Facta aūt.] ¶ Hic ponit signa pmixtionis facte a cholera: ꝛ pmo facte a cholera citria. Si fcē a chola rubea. ibi Fa | Et illa qdem.] ¶ Cōsiderandū ꝙ cholera citrina ꝛ rubea possunt dupliciter accipi. Uno mō vt accipitur primo can. fen. i. ca. de humoribus. Nam cholera citrina est cholera inaturalis facta p permixtionez alicuius subtilis phlegmatis. Cholera aūt rubea est cholera innaturalis facta per adustionez cholere naturalis cui⁹ pars adusta nō separatur: sed miscetur. Et ista est que ab Auic. ponitur inter species minoris fame. Et sm hunc modum accipiēdi appareret ꝙ licz vtraq; cholera sit mala: tñ illa que dicit rubea est prauior: ꝛ ideo facit accidētia magis puersa ꝛ vehementiora. Alio mō pōt accipi cholera rubea ꝛ cholera citrina pro duabus speciebus cholere factis p adustionez cholere naturalis tamē cholera citrina fit per minorē adustionē: sed cholera rubea fit p maiorem adustiōem: vnde illa rubedo nō est nisi obscuritas ex grossicie que tūcta citrino facit citrinum obscurum: ideo dicitur rubea: ꝛ hoc mō forsan sumit hic Auic. has species: ꝛ est sermo magis ꝓformis dictis Rasis. i. cōtinentis. viij. cap. Ex qbus apparet verificatio accidentium: qz cholera citrina inducit caliditatem ꝛ rixam ꝛc. Extensione cutis frontis ꝓpter exiccatiōem. Saltu ad oppositum. i. motu inordinato mō huc modo illuc. Unde Raf. prc allegato capitulo dicit: mouētur in lecto: ac si pugnarent cū alio. Et huius qdem permixtio in febribus propter caliditatē: vnde cholera excitatur. [Plurimuz fit in pestilentialibus] scilicet prouenientibus ex forti aeris caliditate. Luz ea. s. pmixtione. Puris. i. sine materia. In canone. s. cognitiōis malaz complexionū cum materia: ꝛ fine: ꝛ in capitulis plurib⁹ supza positis tractatu primo.

b ¶ Factam autem.] ¶ Hic ponit signa pmixtionis rationis facte a phlegmate habente acuitatem: ꝛ dicit ꝙ cum adest cū hac permixtione

Jacobus

peragēda sine verecūdia sine disciplina sine modestia ꝓpter ardorē ꝛ furiositatē huius melācholie. Tertio dicit ꝙ si melācholia mentē alienans sanguinea fuerit. i. ex sanguine per adustionē genita tūc illic assunt leticia ꝛ risus: eo ꝙ hec melācholia sibi semp aliquid de ꝓprietatibus sanguinis reseruat ꝛ plurimū sanguinis secū admixtū habet cuius ꝓprietas letificare est ꝛ ad risum mouere. Apparent insup in alienatione hac vene capitis exuberātes ꝛ plene sanguine vt vene oculoz frontis ꝛ tempoz.

q̄ cum motus istius spiritus sit terminatus mouetur ab aliquo termina to: sicut est anima: que est forma substantie cerebri medullaris: substantia igitur cerebri medullaris mouet istum spirituz. ¶ Sed contra primū mouens localiter aliquod corpus si est corpus diuiditur in motorem motuz ⁊ motorem non motum: ⁊ per cōsequens corpus primum localiter: mouens mouetur: vt secūdo de anima cōmento. 50. ⁊ secundo colliget: ergo substantia cerebri cum sit corpus mouebitur mouendo spūm. Dicenduz primo quod est verū: quia mouetur cōtrictione in ventriculo posteriori ⁊ anteriori: vt premantur ⁊ pellātur spūs ad ventriculuz mediū ⁊ ventriculus medius dilatabitur: ⁊ hoc in conatu cogitationis. Vel dicendū q̄ illa propositio verificatur de primo mouēte localiter solo motu locali: qa si mouetur localiter alia virtute q̄z impīmit potest facere motuz localiter ⁊ tamen quiescet. ꝟ. g. magnes quiescens trahit ferruz: substātia igit cerebri cuz tali specie habet virtutem specificam motricez spiritus. ¶ Restat soluere ad rationes vtriusq̄ partis. Ad Aui. dicēduz q̄ quādo dicit q̄ cogitatio est vnus de motibus spiritus: loquif de cogitatione quantū ad actuz perseuerantie ⁊ conatus: ⁊ talis perseuerātia est que nobis multuz apparet: ⁊ qua multū vtimur. Ad scdm dicēduz ad ꝓpositionez q̄ loquitur Bas. de motu locali caloris cordis: q̄ est prior ⁊ dignior omni motu in nobis. Ad formaz argumēti cuz dicitur: virtus dignior indiget digniori ⁊ priori motu. Dicenduz q̄ ꝓpositio habet duplicez intellectum. Primus est q̄ indiget sicut presupposito: ⁊ hoc est verū: sicut omnes motus presupponūt motuz celi: aliud est q̄ indiget sicut mediatione actionis ⁊ hoc est falsuz: actio enim que fit in instanti nō fit mediante motu: qui fit in tempore. Ad tertiā rationē cuz dicit agens debilis actionis ⁊c. Dicēduz q̄ verum est cum debet fortem facere impressionem: sensibilia autez intrinseca fortiter imprimūt quādo pseuerantia fit ⁊ conatus: ⁊ ideo cōcurrit ⁊ adiuuat ad hoc motus localis. Ad quartuz negatur maior ꝓpositio: sufficit enim q̄ si aliqua plura debēt agere in vnuz vniantur vnitione recipiētis. Et ideo tenentes q̄ vniuersale nihil dicat oino in re extra dicunt q̄ albū ⁊ nigruz nō imprimūt in visum p aliquā rōnē cōmunē. Vel ꝓcessa maiori. Dicēduz q̄ oia impmētia in cogitatiuā imprimūt p cōmunem rationē cogitabilis. ¶ Ad rationē in ꝓtrariū dicēduz q̄ nō est simile de aere respectu oculi: ⁊ de spiritu respectu intrinsecaꝝ vtutum: qr aer non est instrumētuz oculi intrinsecū vt conatus possit mouere aerē: sz bñ est simile de spū visibili ⁊ spiritu cogitatiue: ⁊ ideo conatus ⁊ pseuerantia in videdo mouet spirituz oculi localiter ad oculum.

a ¶ Hec autē egritudo ⁊c.] ¶ Ponit curā signa aūt omittit: qr supra apparent signa qbus cognoscimus modos malaꝝ cōplexionum cerebri. Primo ergo ponit curam stoliditatis ⁊ amētie quādo fiunt a mala complexione frida ⁊ sicca: scdo qñ fiūt a frigida ⁊ humida cū materia: tertio addit casū: ibi ꝑa [Aut resolutione] ibi tertia [Et nihil.] Qd̄ primo dicit pz: scda pars ꝑz duas. Primo ponit curam per medicinas: scdo per regimen: ibi ꝑa [Et opz.] Dicit primo ⁊c. cū medicinis magnis vt hieris magnis ⁊ pillulis. Elmufera dicitur q̄d est aliqua cōfectio: alij dicūt q̄d est succus enule: alij quod est quidaz liquor aromaticus. Unde infra fen. xi. ca. de cura tremoris cordis frigidi: dicitur succus elmufera. In eo qd̄ prediximus. i. in canonibus vniuersalibus.

Jacobus

quare pars cerebri cogitationi deputata est calidior alijs ⁊ in medio posita: dicēs q̄ cōplexio huius partis cerebri que cogitationi subseruit posita est decliuis ad caliditatem propterea q̄ caliditas facit ⁊ excitat cogitationē. Et ipsa posita est in medio cerebri vt sit reditus seu meatus ei s. spiritui ab imaginatione que anteriue insidet ad memoriaz que posteriꝰ locata est. Quarto dicit q̄ iam presciuimus imaginationē ⁊ memoriā in suo loco. s. ꝑmi ꝑma doc. vi. ca. v. vbi nos docuit opationes ⁊ proprias sedes istarum virtutum.

Hec autem. ¶ In ista pte primo agit de cura stoliditatis ⁊ amētie per alteratia. Scdo per euōnes: ibi [Aut resolutione] Tertio p excitantia ⁊ ꝓfortātia cor: ibi [Et ex illo oz] Quarto per domū idoneam: ibi [Et opz qdem] Quinto per vigilias ⁊ dietā ibi [Et vniuersaliter quidem] Sexto dat modos quibus siccitas cogitationi nocet: ibi [Et siccitas nocet.]

¶ In prima pticula ait q̄ stoliditas ⁊ amētia curanf p calefaciētia cerebꝝ intus ⁊ extra si a frigiditate pura ꝓcesserint: ⁊ si ꝓcesserint a siccitate p humectantia cerebꝝ intus ⁊ extra fit ipsaꝝ cura. Et in his alterationibꝰ cerebri primo obseruandū est q̄ gradatiz fiant. Secūdo q̄ ita diu continuē tur donec qualitates ab his introducte fint velut habitus. Tertio q̄ ipse nō ita eleuenf vt pducāt infirmū ad ꝓtrarios morbos sz moderate.

¶ Aut resolutiōe ⁊c.] ¶ In ꝑa dicē q̄ si stoliditas ⁊ amētia a materia dependeāt tūc curanf euacuatione materie illius altero triū modoꝝ. Primus modus est cū resolutiuis materie illius capiti adhibēdis si materia non multa fuerit vel patiēs sit de ineptis ad suscipiēda pharmaca vt cuz saccul⁹ de tela subtili repletis duobus. M. milij. ⁊. M. i. salis grossi simul torrefactoꝝ calidis applicatis sepe sup cerebrum: vel repletis sticados anthos camomilla grana tinctorū nuce muscata vel garioflis. Vel per embrocas ex decoctionibus bethonice saluie maiorane sticados calamenti rute rorismarini granoꝝ iuniperi. ¶ Secūdus modus est p purgationes corporis ⁊ capitis cum hieris magnis vt yeralogodion hiera russi hiera archigenis: que descripte sunt cuz suis dosibus quinti prima trac. ꝓ. ¶ Tertius modus est per vomituz qui fit cum oximelle squillitico de quo. ʒ. i. ꝓ qualibet dosi datur in potu cuz. ʒ. iij. aut. v. hydromellis. Vel per illuz qui fit cuz semine raphani de quo dragme due trite in lib. 5. aque mellis dentur ꝓ qualibet dosi.

¶ Et opz vt ex illo ⁊c.] ¶ In tertia ꝑmo ait q̄ opz in cura amentie ⁊ stoliditatis vt perueniaf ex resolutione ⁊ euacuatione ad extandum cor. i. erigenduz ⁊ confortandū calorem ⁊ spiritus innatos ipsius cum medicinis sibi appropriatis sicut diamusco: de quo da omni mane. ʒ. i. ⁊. 5. cū ʒ. iij. vini aromatici vel cum methridato de quo da vnam drachmam in hora tertia post mediuz noctis vel cum tribus vncijs vini aromatici vel hydromellis. Vel cuz trifera magna cuius descriptionem dat quinti prima trac. ꝑmo. ca. xxx. de qua da vnam drachmam vt de methridato: eleuata etenim p aliqd̄ istoꝝ caliditate cordis vberius influit cerebro calorē ⁊ vitales spūs. Scdo dicit q̄ non opz plongare sermonē in cura amētie ⁊ stoliditatis in ca. isto: qr iaz satis ex regulis ꝓdictis cognouimus modos similiuz curaꝝ cure que hic ꝓuenit vt in pte vltima ca. vltimi ꝑmi trac. huius fen descripta est cura male cōplonis fride cerebri. Et ca. xij. trac. scdi de cura soda fride sine mā vel cū mā melācholica aut phlegmatica. Et ca. ix. trac. iij. de cura lethargie. Et ca. iij. trac. quarti de cura subeth.

a ¶Et opz ꝛc.]¶O ia ista sunt ad excitādū spūm ꝛ exiccāduz humidi tatez. Et paucitas.i.nō supfluitas:imo diminutio qua fiat exiccatio supfluarum humiditatū. Sit caliditas subtilis.s.proportionalis spūi nō fer, uens:quia turbaret spiritus:quia posset nimis exiccare.

b ¶Et nihil ꝛc.]¶Primo ponit vnū can̄. Ubi sciendū ꝙ repletio est dupler. Una ꝓpinq tplis:vt ex cibis in stō:vnde vapores supflui eleuant: ꝛ caput replēt:ꝛ quantū ad hoc dixit ex cibis:alia est repletio antiqor ex humoribꝫ in venis ꝛ in mēbroꝝ poris:ꝛ quantū ad hoc dixit ꝛ hūiditatibus Iste replētiones turbando spūs ꝛ oppilādo ꝛ pigritando eos a motibus inimicantur sensibus.

c ¶Et ficcitas ꝛc.]¶Hic ponit ꝑm can̄.in quo dubiuz remouet:dixerat.n.ꝙ humiditas nocet sensui. Quare quereret aliqs an ficcitas nocet sensui. Et rndet ꝙ fic: ꝛ dat modū. Cōsiderāduz ꝙ lz hoc vificet de omni sensu:tū maxime hic ꝑ sensum intelligimus cogitationē:vt supra apposuit. Cōsiderandum ꝙ ficcitas nocet cogitatiue nō vnde est diminutio.i.nō nocumento qđ est diminutio:sed vnde est supfluitas in velocitate motus i.sed nocumēto qđ est pmutatio:qa facit multam spūs mobilitatē. Siccitas.n.facit spūm velociter mobilē:ꝛ sic facit errorez iudicij. Et qa aliqs diceret ꝙ ficcitas nullo mō faceret diminutionē actus cogitationis.i.nocumētuz qđ est diminutio. Ideo subdit ꝙ ficcitas pōt facē nocumētū qđ est diminutio paucificādo spūm vehemēter siue resoluēdo. Siccuz.n.fm se exiccat ꝛ paucificat:sed ratione calidi coadiuncti siue ratione velocitatis motus resoluit:et ideo dixit:aut supple ficcitas nocet sensui:vnde est paucitas.i.paucificat ꝛc.

d ¶Cū aliquātulo motu.]¶In hoc.A.inuit diuz inter diminutionē actiōis factā a ficco ꝛ factā a frigido:qa diminutio a frigido est pura:sed diminutio a ficco est pmixta alicui corruptiōi siue pmixtioni:qa aliqliter ficcū mouet ꝛ sic disturbat iudiciū:hec declarata sunt supꝫ in ḡnalibus ca.

¶De corruptione memorie. Cap.xij.

Psa est. ¶Cū determinauit de nocumētis cogitatiue
i hic determinat de nocumētis memorie. Et
primo cōparat hoc nocumētū ad nocumentū cogitatiue.ꝛo ponit eius cās.tertio signa complēs cās.quarto curā.ibi ꝛa]_Et eius_]ibi ʒª]_Sz si est_]ibi quarta]_Illa aūt.]¶Circa p̄am ptem est ꝙsiderādū:ꝙ corruptio memorie pōt dupliciter accipi. Uno mō vt distinguit ꝓtra diminutionē ꝛ ablationē:ꝛ hoc mō nō accipit hic:lz infra cū dicit:ꝛ obliuio qđē ꝛ corruptio. Alio modo accipit ꝓ quocūqz nocumēto:ꝛ sic accipitur hic in Rub:ica cū dicit:de corruptione memorie.i.de nocumēto memorie. Scđo est ꝙsiderāduz ꝙ nocumēta memorie.s.qđ est diminutio vel ablatio est cōpar.i.similis stoliditati ꝛ fatuitati infantili:qa qñ hō nō retinet formas rerū:ꝛ nō pōt eas reducere:tūc nō habet copiam eoꝝ cum qbus possit exercē actuz discursiuū cogitatiue. Et ideo sicut ꝓtingit ab extra ei representari ita iudicat:nec pfitit in iudicio:qa species nō imprimūtur vel nō retinent. Et ideo talis est dispositio infantilis. Infantes enim siue pueri nō ratiocinant de spēbus in memoria refuatis:qz nō sunt bñ retinētes:ꝛ nō hñt copiam memorabiliū cuz etiā parū sint exercitati sed sicut res ab extra pñtantur:ita pro tūc de eis iudicāt. Et statiz abolet a eis res ꝛ iudiciū:ꝛ ideo mō dicūt de vno:mō de alio:ꝛ ideo nunc plorāt:nūc statim ridēt:ꝛ sequunt galluz siue aucā. Et hoc est qđ Aui. ꝓbat cū dixit:qñ est diminutio.q.d.in diminutōe facta vel ablatiōe in opatiōe

Jacobus

¶Et opz quidē ꝛc.]¶In.iij.dicit ꝙ habitatio seu domicilium stolidi ꝛ amētis oz esse clara plurimi luminis vt calor sopitꝰ inde suscitet:ꝛ a somnolētia ꝛ torporis excessu patiēs exurgat ꝛ motibus aptet qbus augeat calor innatus vnde ꝙsumunt phlegmata cerebri que ipsum infrigidant.

¶Et vniuersaliter qđē ꝛc.]¶In.v.ꝑmo cōmendat quatuor in regimine amentiū ꝛ stolidoꝝ pp phlegma abūdans. Primū est vigilie seu somni paucitas ꝛ etiā sahara seu vigilie excedētes nō tamē tali neqz tāto excessu ꝙ innatū calorez notabiliter minuāt:sed tali mensura ꝙ phlegmata cōsumāt ꝛ calorē erigant. Secundū est subtiliatio cibi ꝛ ipsius paucitas sic ꝙ eger alatur cibis subtilibus pauce quātitatis vt pullis alaudis turturibus paruulis auiculis teneris ꝛ cāpestribus testiculis galloruz vitellis ouoꝝ:vt vacare possit attentius natura maturationi ꝛ resolutioni phlegmatici humoris. Tertiū est declinatio regiminis infirmi ad cōplexionē ficciorē solito per cibos ꝛ potus ꝛ medicinas ꝛ exercitia:quatinus per eā phlegma cōsumat ꝛ phibeat de nouo augmētari. Quartū est intēdere ꝙ sanguis infirmi sit subtilis clarus ꝛ tēperatus pauce quantitatis mediocriter calidus absqz feruore ꝛ ebullitiōe. Talis enim sanguis dispositio est ex his que rectificāt ꝛ emūdant sensuz videlz organa cogitatiōis ꝛ oium sensuū ꝛ eoꝝ spūs:nā ex tali sanguine generant spūs subtiles clari facile mobiles ipsis aptissimi. ¶Scđo vitupat ꝛ maxime reprobat in hoc casu repletionē supfluaz ex cibis ꝛ potibus ꝛ humiditatibus alijs dicens ꝙ nihil est magis nocitiuū sensui vel cogitationi q̄ repletio nimia ex cibis ꝛ potibus ꝛ humiditatibus alijs humoralibus ꝛ aquosis:nam ꝛ totū corpus ꝛ qnqz sensus exteriores ꝛ virtutes oēs sensitiuas interiores aggrauant ꝛ opprimunt ꝛ spiritus conturbant.

¶Et ficcitas nocet ꝛc.]¶In sexta primo ait ꝙ ficcitas excedēs nocet sensui vel cogitatiōi nō vnde est diminutio humiditatis vel ꝓpatio eius supplemec vnde est diminutio viuacitatis sensus ꝛ cogitationis:nec vnde est diminutio motuuz sensuū ꝛ cogitationis.i.causa diminutionis viuacitatis ꝛ motuū. Secūdo dicit ꝙ ficcitas excedēs nocet sensui seu cogitationi altero triuz modorū. Unus est:vnde per eā est superfluitas in memorie tūc ledit cogitatiua cū nō sit copia spērum ꝛ iudicioꝝ nisi solus spēruz ab extra ꝓtingēter occurrētiū:ꝛ ideo hic tūc hz dispōnez filem infantili. Tertio ꝓsiderandū ꝙ lz ista dispositio sit silis infantili:tū differt: qa in hac dispōne ledit pars posterior:ꝛ hoc est qđ dicit:nisi qa est in posteriore. Ex quo accipit ꝙ cogitatiua duplr diminuit in suo actu:vel ex lesione in ꝓprio organo:vt ex frigiditate ꝛ humiditate in medio vētre non

pmittēte fieri debitā spirituū ꝓseruationez in eo. Uel pōt fieri ex nocumēto cōicato ex defectu memorie.i.ꝓseruatiue. Sed ꝓtra virtus memoratiua est imaterialior q̄ imaginatiua vel cogitatiua:vt Auer.i de memoria ꝛ reminiscētia. Sz virtus materialior nō nocet per nocumētuz vtutis imaterialis:sed ecōtra:vt ibidem Auer. Dicēdum ꝙ vtus memoratiua duo dicit. Primo virtutez ꝓseruatiuā nō cognitiuā ꝛ ista est mālior:qa pficit multum dispōne corporali.s.ficco ꝓportionato. Scđo dicit vtutem recognoscitiuā:ꝛ ista est immaterialior q̄ pura cogitatiua:ꝛ est ꝑm nostrā opinionē virtus cogitatiua que iterū recognoscit:lz vocetur memoratiua. ¶Dubitaf que sunt iste opationes posteriores cerebri. Dicendū ꝙ in posteriori pte cerebri ꝙsideramus quatuor opationes. Prima est motus spūs in ventriculo:vt fiat ipressio:qui motus saltē aliqñ ocurrit:vel saltē dispositio spūs que est actiue ipressio. Scđa est ipsa ipressio:que est sygillatio passiua. Tertia est motus spūs a posteriori ad mediū:vt reducat speciez ad cogitatiuā. Quarta opatio est ipa recognitio spēi:ꝛ hic est vltimus actꝰ memorie:qa lr formaliter sic cogitatiue tribuit:tū vētriculo posteriori ipropē:ꝛ vt termino a quo. Qui cūqz igit actus de tribus actibꝰ deficit:opz ꝙ deficiat vtus actus.s.recognitio:ꝛ hoc respectu eiusdem recognoscibilis. Dubitaf ꝛo qa Aui. vt diminutus cū nō ponat si duos modos nocumenti.s.qđ est ablatio:ꝛ qđ est diminutio quare nō dixit de nocumento:qđ est pmutatio siue corruptio. Dicēdum dupliciter. Primo ꝙ dedit intelligi:ꝛ hoc nocumētuz:erit qñ hō recordaf vnius ꝓ alio:ꝛ quēadmodū diminutio ꝛ ablatio memorie est cōpar stoliditati ꝛ amētie:ita pmixtio est cōpar pmixtioni rōnis:ꝛ hoc nocumentū memorie fit a caliditate cū ficcitate vel etiā cū humiditate. Calidū enim pmiscet vt sepe dictū est supra. Unde statim Aui. subdit:forte esse erit ex ficcitate cū caliditate:ꝛ erit cuz ea pmixtio sensus. Scđo mō posset dici vt alias dixi:ꝛ sentit hoc pluſq̄ Cōmētator in tegni trac.ſo super illo ca.s.de signis egritudinis nūc cerebri:ꝙ vtuti memoratiue vt cōseruatiua est solū cōparanf duo modi nocumēti.s.nihil retinē vel paruz retinere:ꝙ aūt vnuz ꝓ alio retineaf:hoc est defectu ipressionētis nō defectu retinētis:imo quorūcūqz est ipressio:eoꝝ oz esse memoria.i. conseruatio. Unū Bal.iij. de interioribus retinuit formas villoꝝ ꝛ iudicia que dabat de eis:ꝛ tū sui memoria nō erat lesa. Sz ꝓtra ita dicā de cogitatiua si falsum iudicat est:qa falso ipressit. Dōm fugiēdo ꝙ nō est fise:qz cogitatiua oz cognoscē ꝓdolū ꝛ intētionē ꝛ distinguē. Si igit in febricitāte impressit calor ab intra:ꝛ ex hoc iudicat ignē esse extra:tūc errat cogitatiua. Contra:si organū memorie disponaf male ex calido:si adueniat spēs frigoris recipiet ꝛ retinebit sub forma caloris. Iste aūt retētionis actus est innātis:ꝛ non oz dici diminutio actionis nec ablatio:igit dicet corruptio. Et qz hoc argumētū est difficile nec soluit in pñti:ideo redeūdū est ad ꝑmaz solutionē videlz qđ Aui. dedit intelligi illuz modū nocumenti. Et videt ꝛo forme sue intētioni. Mā supra illo cap. Mas operationes:visus est ponere nocumētū memorie qđ est corruptio cū dixit:aut ꝓpter eum qui pmutatur ꝛc.

Bepartibus

velocitate motus vel spūum cogitationibus deputatorū vel opinionuz. Unde dici solet ꝙ hoies mobiles ꝛ incōstātes in suis ꝓpositis ꝛ opinionibus sunt mali iudicij pauce rōnis nō bñ electiui nec discreti viri:qz mentes sue nō satis figunt:neqz fixe attēdūt circa pseqnda vel fugiēda. Illius modus est:vñ est paucitas vel diminutio spūuz vehemēs:pp ficcitatē que ꝙsumit minuit vel attenuat ꝛ exilē facit subaz spūs subtilē aereā:q̄re nō suffic subfuire motibꝰ cogitationū. Tertius modus est:vñ est resolo supflua spūs cū tāto motu etꝰ:pp ficcitatē qua attenuatꝰ est ꝛ instabilis factus q̄re nō sufficit cōplemētis actuū cogitatōis. ¶Cura ḡ amētie ꝛ stolliditatis i sūma est.vij.res. Pria est alteratio male q̄litatis cēbri ex qua fiūt vt friditatis ꝑ calefactiua si a frido fiāt:vl siccitatis ꝑ hūectātia si fiāt a ficco sine mā. Scđa est:si fiāt a mā ꝓpta in cerebro resolo māe illius ꝛ eūo p secessiua vel vomica pharmaca. Tertia ē excitatio cordis ꝛ vitalis caloris cū medicis sibi appropriatis:vt dyamusco dyamargariton dyaambra methridato dyacameron trifera magna facta sine opio. Quarta est domiciliū ꝛ camere ifirmi clare ꝛ luminose die noctuq. Quita est vigilie ꝛ excessus in eis nō tñ vehemene. Sexta est subtilitas ꝛ paucitas ciboꝝ ꝛ ēt potuū cū declinatiōe ad ficcitatē nō excessiuā:ꝛ declinatio masse sanguinarie ad subtiliatōez ꝛ paucitatē ꝛ tēpamētū sue caliditatis. Adde istis septimā.vz.vsuz ꝛ assiduationē discipline stolidi ꝛ eruditiōis in artibꝰ doctrinis:ꝛ bonis moribus. Mā vt dici solet:vsus facit babilē ꝛ ars potentem.

¶De corruptione memorie. Capi.xij.

Psa est. ¶In.B.c.ꝑmo agit de similitudine ꝛ diia corru
i ptiōis memorie ad stoliditatē. Scđo de causis corruptiōis memorie:ibi]_Et eiꝰ qđē_]Tertio de signis cāꝝ ex qbus fit:ibi]_Sz si est_]Quarto de loco cui causa memoriā corrūpēs insidet:ibi]_Et illud qđē_]Quito de cā que sepiꝰ corrūpit memoriā:ibi]_Et obliuio qđē_]Sexto de illo qđ isanis nūciat obliuio accīs:ibi]_Et sciaſ_]¶In ꝑma parte ꝑmo ait ꝙ corruptio memorie cōpar seu ꝓsimilis est stoliditati ꝛ amentie:qñ sunt oēs de genere actiōis lese diminute vel ex toto ablate:ꝛ ex eisdem fiunt vel similibus causis vt ex frigore puro vel ꝛ

ipso

Universidad de Deusto

tatur ꝛc̄.ꝛ etiam statim ponet illuꝫ cū dicet:ꝛ fortasse. ¶Dubitat tertio quare dixit diminutio in aliqua ꝛ destructio in oibus. Dicēduꝫ ꝙ forsan vsus est isto modo loquēdi:ꝙ si vna sola opatio de opatiōibus posterioris partis auferatur:non dicetur vere ablatio memorie idest operationū posteriozis partis:oportet ergo omnes auferri. Sed ad diminutionem sufficit alteram diminui.

a ¶Et eius qdē ꝛc̄.] ¶Hic ponit causas ꝛ dicit ꝙ apud Gal.i.iij.de interioribus.iiij.ca.eius ſ.nocumēti memorie qō est diminutio vel ablatio causa prima ꝛc̄. ¶Dubitatur vtrū causa lesionis memorie sit frigiditas: videt ꝙ non:imo humiditas ꝑ Auer.in cōmēto de memoria:ꝛ Gal.i tegni trac.ij.ꝛ Auic.vi.de nālibus pticula.iiij. oēs enim ꝛcordant ꝙ mala memoria est signū humiditatis cerebri. Amplius cuius ꝑma ꝓportio est in ficco eius ꝑma improportio est i humido:ſ3 memorie ꝑma ꝓportio est in ficco debito:qz per siccum fit retētio:vt Auer. ꝓallegato loco:ꝛ oēs ꝛcordant:ergo ꝑma causa lesionis est humiditas. ¶In ctrariū est hic Aui.auctoritate.B.ꝛ supra illo ca.Has opatiōes. Amplius ois opatio pficitur sicut instrumento ꝓprio caloꝛe:ꝛ spiritu:vt pōt sumi ex colligeꝛ:ꝛ ideo calor naturalis:qz est radix omnis opationis vocatur calor elemētaris.i.sicut elementuꝫ:ꝛ ꝑmū:vt ex trac.cantico ꝛ.xiiij.cōmēto ꝛ trac.iij.cl.cōmento. ¶Qō ergo ꝑmo ꝛtrariat caloꝛi est ꝑma causa nocumēti ois virtutis:ꝛ per ꝛsequens memorie. Sed frigiditas ꝑmo ꝛtrariat caloꝛi:ergo ꝛc̄.Dicendum vupliciter. Primo vt iam dixerunt quidam:ꝛ nos sup tertio de interioribus:ꝙ causa pōt dici ꝑma dupliciter. Primo imediata ꝛ vt sic humiduꝫ est causa ꝑma lesionis memorie. Ratio est ꝙ dicta:qz ꝓportio organi eius consistit in ficco debito: vt fiat retentio:ergo imediate disꝛoportionabitur ab humido nō a frigido. Scdo modo causa dicit ꝑma.i.vniuersalis ꝛ mediata:ꝛ vt sic frigiduꝫ est causa ꝑma. Est qdem ꝑmo causa mediata:qz ꝓportio retētionis siue retētiua est imediate per siccuꝫ cōtemperatuꝫ humido vt dictum est: ꝛ ideo frigiduꝫ non imediate ponit hāc improportionē:sed mediāte humido. Est secūdo causa vniuersalis.i.cōmunis:ꝑmo in nocumēto ois virtutis:qz frigiditas ledit oēs opationes vt ꝑmo cañ.fen ꝑma ca.iij.de virtutibus:secūdo est causa cōis in duplici nocumento memorie.ſ.in nocumento quod est nō imprimi spēs:ꝛ in nocumento quod est nō retineri:ꝛ hoc volebat Gal.iij.de interioribus:ꝓallegato ca.qui postq̄ inuestigauit ꝙ frigiditas est qualitas ledens virtutes anime per viam stupoꝛis:dicit ꝙ frigiduꝫ est in hoc in ꝑmo gradu:sed humidū est in ſo gradu.i.frigiditas est agens primuꝫ:ꝛ humiditas est agens scdm.i.imediatū. Hec rō non est ad mentez Aui.hic:ꝛ est contra rationē. Nam frigiditas sola sine excessu humidi pōt facere nocumentuꝫ memorie. Unde Aui.subdit. Et ſ fuerit illic friditas pura ꝛc̄. Ergo frigiduꝫ imediate pōt ledere memoriam:nec etiam est intentio Gal.ibi sed vult ibi:ꝙ principaliuꝫ facit stupoꝛez frigiditas q̄z humiditas:quia est potentioꝛ qualitas in hoc:ꝛ ꝙ ēt imediate faciat. Primuꝫ ergo ꝛ secūdum apud Galienuꝫ ibidem nō dicit ordinem agentiuꝫ in hoc ꝙ frigidum sit mediatuꝫ ꝛ humiduꝫ imediatum:sed dicit ordinem in vigoꝛe:quia frigiduꝫ est vigoꝛosiuꝫ:ꝛ plus facieus stupoꝛem q̄z humiduꝫ:ſ3 quidam dicant ꝙ frigiduꝫ in ꝑmo gradu i.in paruo excessu:ꝛ humiduꝫ in secūdo.i.in maioꝛi excessu:facit hoc nocumentū. Ista tñ expositio nō vadit ad mentē Gal.ibi dicit aliter ergo. Secūdo dicenduꝫ est ad questionem. ¶Propter quod sciendum ꝙ in memoria duo consideramus. Primuꝫ quidem motum spiritus ad figillanduꝫ speciez memorabilē:ꝛ etiaꝫ ad reportandū:ꝛ vt sic prima.ſ.imediata causa nocumenti memorie.ſ.non impressionis actiue:ꝛ non reportionis est frigiditas. Ratio est:qz qualitas cuius est imediate:ꝛ primo ꝓhibere motuꝫ est illa que facit imediate illa nocumenta:que sunt ꝓhibitiones motus:sed frigiditas est huius. Nam frigidi per se est imobilitare ꝛ quietare:sicut calidi est mouere:vt Aui.loco prallegato:ꝛ Arist.iij. pticula de ꝓbleumatibuꝫ ꝓbleumate.v. Scdo in memoria consideramus ipsaꝫ retentionē:ꝛ vt sic imediata causa nocumēti est humiditas. Ratio est qz retentio fit per siccuꝫ imediate:ergo impedies imediatū erit humidū:hoc videtur fuisse ad mentem Aui.quia puro frigori:ꝛ quāuis sit non puruꝫ:sed cuꝫ ficco cōparat nocumentū nō impressionis:sed frigori cū humiditate cōparat nocumentuꝫ non retentionis impressi. ¶Restat soluere vnaꝫ rationē supra positam cuꝫ dicitur omnis opatio perficitur caloꝛe. Dicēduꝫ vupliciter. Primo ꝙ verus est:vt motiua:sed vt conseruatiua vel fixiua potest fieri imediatius a ficco. Vel dicenduꝫ secūdo ꝙ caloꝛ qui est instrumentū omnis operationis est quoddam cōposituꝫ:ꝛ ꝓportionatuꝫ ex calido ꝛ frido:ficco ꝛ humido:vt in libello de rigoꝛe ꝛ tremoꝛe ponit Gal.ꝛ ideo est i caloꝛe naturali ꝓportio omnis qualitatis:ꝛ alie etiam qualitates sequunt ad illas:quibus fiunt operationes verbi gratia spūs siue caloꝛ visibilis recipit speciez visibilē per naturaꝫ oyafaneitatis sequentis talez complexioneꝫ.

b ¶Sed si est ꝛc̄.] Hic ꝑmo ponit quedā signa:scdo cōplet narrationem causaruꝫ:tertio ponit canonē ꝓnosticū:quarto excusat se a narratione signoꝛ:ibi ꝟa[Et illō]ibi ꝫª[Et scias]ibi quarta[Signa causaꝝ] Prima in quatuoꝛ sicut q̄tuoꝛ sunt genera signoꝝ ꝑm q̄tuoꝛ mōs causaruꝫ:ibi ꝟa[Et si est]ibi ꝫª[Et si fuerit]ibi q̄rta[Et fortasse.]Dicit ꝑmo sic:sed si est.ſ.nocumentuꝫ memorie cuꝫ siccitate.i.ꝓpter siccitatem. Vel aliter:sed si est.ſ.frigiditas ledens memoriā cuꝫ siccitate:qz sit mala complexio frigida ꝛ sicca. Vigilie ꝓpter siccitatē:ꝛ insomnietas.i.nō vera vigilia:qz ſ3 siccū inclinet ad vigiliā:tamē frigidū non sinit eaꝫ esse liberaꝫ:sed mouet ad stupoꝛem:ꝛ ideo est sicut dispositio media iter somnuꝫ ꝛ vigiliaꝫ:nam.i.et. ¶Considerandū ꝙ quādo organū memorie disponitur per siccū:tūc nō ē impressibile ꝑsentia nō seruabit:sed qz ꝑmo fuerūt aliqua signata:ideo ꝓterita seruat. Et hoc apparet in senibus qui narrabūt nobis multa:que in annis ꝓteritis viderūt:ꝛ tū rei ꝑsentis non memorant. Qñ autem organū memorie disponitur humido:tūc preterita impressa labunt:sed ꝑsentialr impressa aliquātulo tpe possunt conseruari. Et ideo pueri preteritoꝝ non recordantur per se nisi quādoq̄ valde fiat impressio in eis ꝓpter admirationē:vt inuit Aui.vi. de naturalibus pticula quarta:ꝛ tamē presentiū momentaneoꝝ possunt recordari:dixit aūt forsitan:qz opꝫ ꝙ nō sit oino multa humiditas:quia tūc nec presentia nec preterita seruāt. ¶Considerandū etiā ꝙ lyra pōt etiā exponi ꝙ sit reditiuuꝫ cause eius ꝙ dixit insomnietas:nam nō recordari presentium:ꝛ tamen ratiocinari de preteritis facit stare hominem in forma patientis insomnietatez.

c ¶Et si fuerit ꝛc̄.] ¶Notanduꝫ ꝙ frigiditas potest dici pura dupliciter. Uno modo.i.sine materia. Talis aūt potest facere vertiginem ꝛ stupoꝛē vt supra cap.de subeth:scdo modo dicitur frigiditas pura.i.sine excessu siccitatis:vel etiaꝫ humiditatis:ꝛ ad hoc verificat quod dicit vt apparet ex predictis capitulis.

d ¶Et fortasse erit.ſ.nocumentuꝫ memorie ex siccitate cuꝫ caliditate. Maꝫ ſ3 ꝓportio organi memorie ꝓsistat in ficco:tū excedens siccitas pōt nocere:qz imoderata qualitas destruit actuꝫ ꝓprie virtutis:vt sumit ifra fen.iꝫ.ca.de egritudinibus stomachi:ꝛ in cōmēto.xix.apho.secūde partis cule. Quibuscūq̄ iuuenibus existentibus.

potēs est ꝟuare res momētaneas illius hoꝛe. ¶Et si est cū būiditate significat ipsam subeth:ꝛ ꝙ ꝓterita penitus non seruat. Et forsitan seruat illa que sunt illius hoꝛe ꝛ momentanea spatio maioꝛe q̄z ꝓterita. ¶Et si fuerit ᶜ illic frigiditas pura erit stupoꝛ ꝛ vertigo. ¶Et fortasseᵉ erit ex siccitate cum caliditate

Jacobus

ipso adiuncto cum humiditate vel siccitate. Scdo dicit ꝙ corruptio memorie differt a stoliditate:quia subiectiue est in posteriori parte cerebri. Nam diminutio vel destructio est in aliqua actionū animaliuꝫ postreme partis vel in eis oibus vt in actionibus memorationis ꝛ reminiscētie tā prime impressoꝝ q̄z ab antiquo:stoliditas vō est medie partis.

Et eius quidem. ¶In ſa parte tangit tres causas corruptionis memorie non qdē accepte pro actione ꝑmutata quā sepe Gal. coꝛruptam appellat:sed pro actione ablata aut diminuta. Prima est puruꝫ frigus mortificans spūs ꝛ innatum caloꝛē qui memorative virtuti deseruiūt. Scda est excedens frigus complicatuꝫ cuꝫ humiditate vt in lethargia phlegmatica accidit in qua destruitur memorandi actio:quia memoria non seruat illud qō sibi imprimit ꝓpter humiditatē ꝛ mollificationē supfluā organi:sicut cera liquida nō ꝟuat formas a sigillo impressas:ſ3 stati euanescūt remoto sigillo.

Sed si est. ¶In ſª pte dat ꝑmo signa coꝛruptiōis memorie ex frigoꝛe cuꝫ siccitate. Secūdo ex frigoꝛe cum humiditate:ibi[Et si est cum humiditate]Tertio ex frigoꝛe solo ꝛ puro:ibi [Et si fuerit]Quarto ex siccitate cum caliditate:ibi[Et fortasse erit.] ¶In ꝑma pticula dat tria signa coꝛruptionis memorie ex friditate cuꝫ siccitate. Primū est vigilie que tunc infirmo assunt ex compassioneꝓroꝛe cum occipite in siccitate qua deest humiditas ligans instrumētuꝫ sensus cōmunis. Secūdum est ꝙ in hac coꝛruptione memoria interdum seruat ꝛ retinet res preteritas.i.formas rerum ꝛ species earuꝫ que impresse fuerunt illis temporibus qbus erat sanuꝫ memorie organū. nam non delet eas aduenies siccitas:sed forte stabilius adherere facit. Tertium est ꝙ in coꝛruptione hac memoria sibi seruare non potest res momētaneas illius hoꝛe.ſ.que modo presentes erant:eo ꝙ siccitas organi memorie non finit imprimi sibi formas rerum sicut cere siccitas ꝛ duricies eius siccitati affinis formam sigilli.

¶Et si est cū ꝛc̄.] ¶In ſa dat tria signa coꝛruptionis memorie ex frigoꝛe ꝑmixto cū humiditate. Primū est subeth associans ipsaꝫ ꝑ cōpassionem organi ꝑmi sensitiui in supfluo humido quo ligat ipꝫ ꝑmū sensitiuū Scdꝫ est ꝙ vtus memorativa nō ꝟuat penit⁹ res ꝓteritas seu formas impressas a longo tpe:qñ delent a supfluo humido:sicut si cerā diu sigilla tam liquefeceris ꝛ mollificaueris delebit figura que diu fuerat a sigillo impressa. Tertiū est ꝙ in hac memoria forsan seruat momētanea que sunt illius hoꝛe:videlꝫ formas recenter impressas:qñq̄ in se seruat modico tpe facile recipiēs huiusmodi formas ꝓpter humiditatē ꝛ nō diu retinēs ꝓp humiditatē:retinet tñ has spacio maioꝛe q̄z preteritas a lōginquo impressas eo ꝙ humiditas paulatiue adaucta ꝓteritas deleuit aut obfuscauit.

¶Et si fuerit ꝛc̄.] ¶In ꝫª dicit ꝙ si puruꝫ frigus memoriā abstulit stupoꝛ ꝛ vertigo:tūc illic aderūt. Stupoꝛ qdē aderit ex mortificatione caloris ꝛ spūs ab excessu frigoris. Uertigo vō ꝓpter motus varios ꝛ agitatiōes ialis spūs fugientis frigus ꝛ discurrentis per varios anfractus.

¶Et fortasse ꝛc̄.] ¶In.iij. dicit ꝙ forte memorie coꝛruptio nascet ex siccitate cū caliditate. Et tūc signū eius est ꝙ erit cuꝫ ea ꝑmixtio sensus i.rōnis ex cōpassiōe medij vētriculi cerebri ad postremū in excessu caloris ꝛ siccitatis. Et ꝑn.hic loq̄ns ꝑ forte visus est fuisse dubius si caloꝛ excedēs cū siccitate possit esse cā coꝛruptiōis memorie. Et nō sine cā dubitasse videt:qz sicut dixit in ꝓcedēti.c.nocumētuꝫ ex caliditate ꝓuenies nō est destructio ꝛ diminutio. Et sepius dcm̄ est in ꝓximis ꝙ ꝑmutatio actiōis attestat caliditati ꝛ ipsaꝫ significat:destructio vō vt diminutio frigiditati. Ité nos istruit expiētia ꝙ i marasmatis ptificis ꝛ ethicis in qb⁹ abūdat ꝑma calitas cū siccitate nō est coꝛruptio memorie aliq̄ neq̄ ꝑsentiū neq̄ ꝑteritoꝝ. Pro ꝺclaratiōe māe istius ꝑsupponēdū est ꝙ actio lesa memorie ē triplex vt cogitatiōis ꝛ aliaꝝ vtutū.ſ.destructa diminuta ꝛ permutata. Juxta illud Galie.iij.morbi ca.iij. Eius similiter quod est in memoria:aliud est destructio actionis sicut lethargia. Est etiam aliud

a ¶Erit ꝛc.] ¶Considerandū q vt videtur Aui. in hoc innuit nocumentum memorie: quod est corruptio siue permutatio cuz vna res reseruatur aut presentatur pro alia. Et hoc multum facit caliduz quod est motiuū: ꝛ imp: essiuuz aliter q̄z fit in re extra: vel aliter q̄z fit in memoria reseruatū: ꝛ ideo est sensus permixtio: q: ꝛsequitur ex hoc error iudicij.

b ¶Et illud quidē ꝛc.] ¶Hic complet narrationē causarum: ꝛ primo ꝑm diuersitatem locorū cause: secūdo ꝑm diuersitatez modoruz causē: ibi secunda [Et obliuio.] Primo dicit ꝛ illud scilicet quod dictū est de istis causis nocētibus memorie. Aut in illa ꝛc. i. aut est in illa parte cerebri: in qua est memoria. s. in substantia cerebri posteriori: aut in ventre. i. in spiritu qui continetur in ventre: aut in vase. i. in superficie ventriculi posterioris. Uel aliter potest exponi in vase. i. in panniculis: vl. i. i cōmissuris substantie cerebri: in quibus spiritus continetur: vt supra secūdo ca. vel in vase in craneo. ¶Sz tu diceres contra: q: Gal. dicit. ij. de interioribus tertio capitu. non potest esse passio in craneo vt tollat memoriam. Dicendum q̄ verum est nisi fit fortis valde.

c ¶Et q̄nq̄z fit ꝛc̄.] q. d. causa ledens memoriā non soluz potest esse in altera triuz partiuz predictaruz: sed etiaz in partibus temporuz: quia materie ibi stantes: ꝛ nocumēta ibi facta possunt cōmunicari parti posteriori. Dixit autem plus de locis temporis: quia sunt loca sensitiua ꝓpter musculos ꝛ capacia in receptione materiez ꝛ craneuz est ibi tenue.

d ¶Quidā antiquoz ꝛc̄.] Aliqualiter potest sumi ab Halya. ix. theo. capi. de cura oblīuionis.

e ¶Et obliuio ꝛ corruptio. i. nocumentuz ꝑm plurimū ꝛc̄. q: iste qualitates magis sunt parate ledere memoriaz: vt supra apparuit.

f ¶Quādoq̄z tñ ꝛc̄.] In hoc ergo innuit q̄ cause hoz nocumētoz sunt

Jacobus

accidens in memoria idest diminutio motus: vocaturq̄z insania. Est etiā aliud quod dicit alienatio. Nam alienatio duobus modis est. Aut non bene imaginatur: aut non bene recordatur: hec ille. Ex quo sequitur q̄ sicut ꝓceps predeterminauit de tribus lesis actionibus cogitationis ꝛ curis earuz: q̄ hic similiter agere debuit de tribus lesis actionibus memorie: ipse enim aliter de diminutione notandus esset. Dic ergo primo q̄ in isto .§. de ꝓmutatione memorie: loquit̄ Fo. §. ca. seqntis. Dic Fo q̄ possibile est memoriam auferri per excessum caloris ꝛ siccitatis: sicut in febribus pestilentialibus ꝛ causonicis aliquādo vidi q̄ patientes de nullo recordabantur: in causonicis quidem ex maxima cerebri inflāmatiōe ꝛ quasi assatura substantie ipsius: in pestilentialibus vero ex maxima cerebri conturbatione ꝓpter materie venenositatē: vt maxime inimicā spiritibus omnibus ꝛ virtutibus ꝛ principalibus mēbris.

Et illud quidem. ¶In quarta primo ait q̄ illud quidez scilicet mala complexio corrūpens memoriaz vel est in illa parte cerebri ipsius scilz in medulla postreme partis: aut in ventre ipsius videlicet in concauitate ventriculi vltimi: aut in vase eius idest superficie pāniculari que continet ꝛ ambit ventriculum vltimuz ꝛ pars pie matris est. Secūdo dicit q̄ memoria quandoq̄z corrumpitur propter humores qui sunt in temporibus ꝛ malaz temporum complexionez peruenientem ad vltimaz cerebri partem sicut antiquoz iam aliqui dixerunt: ꝛ postea a multis testificatuz est ꝛ etiam expertum. Nec deest ratio: quia temporales musculi sunt magni neruosi ꝛ aliis maiores: ꝛ plura a principio assumunt ꝛ sunt ei proximi: quapropter cerebz facile ꝛ fortiter ipsis compatitur propterea natura texit eos ossibus. Juxta id Galieni. xi. de vtilitate particularuz: ca. iij. Maxime enim hi temporales musculi omniuz musculoruz cum patiuntur spasmos ꝛ febres ꝛ stupores ꝛ desipientiaz inferunt: vt igitur minime patiantur ab eis que extrorsum occurrūt eis quecūq̄z quassare ꝛ incidere nata sunt vt sepem alterius nature in circuitu circūposuit ossiuz auriculam. Cur autem maxime nocent cum patiuntur: quoniaz principio neruoruz valde propinqui sunt: ꝛ soluz vnuz os eos prohibet vt non tangant cerebrum ipsum. Temporalis vero musculis propter magnitudinē magis q̄z his qui oculorum inest nocere cerebro. Et etiam propterea quia vnuz quidem principiuz neruoruz ad oculoruz musculos: plura vero ad temporales perueniunt. Si igitur sicut Hippocras dicebat que sunt propinqua ꝛ cōmunia ꝛ prima maxime malignantur: non autez propinquius q̄z tēporales musculi. Nec per plures neruos magis cōmunicat: alius musculus rationabile est exaudire eorum passiones principiuz: propterea igitur ꝛ Hippocras quidem recte dicebat quoniaz plage precipue stupefaciētes sunt tēporales: hec Galienus.

Et obliuio quidem. ¶In quinta ꝑmo ait q̄ obliuio que ꝛ memorie corruptio dicitur ꝛ destructio vel ablatio sepius accidit a frigiditate ꝛ humiditate superexcedentibus in postrema cerebri parte vel cuz materia frigida phlegmatica vel sine materia. Secūdo dicit q̄ obliuio quandoq̄z cōtingit ab apostematibus que sunt in cerebro maxime a frigidis phlegmaticis fixis in occipitio sicut in lethargia contingere solet.

Et scias q̄ obliuio. ¶In sexta dicit q̄ obliuio saniꝰ superueniēs preter solituz egritudines cerebri ꝓpinquas enūciat seu pnosticat instare ex primo sicut apoplexiam vel epilēsiaz vel lethargiaz: q: significat abūdantiaz phlegmatis in partibus cerebri que potior causa est haꝝ egritudinum.

¶De cura specieruz eius. Cap. xiij.

Portet vt cognoscas. ¶In hoc ca. ꝑmo remittit nos ad precedentia. Secūdo agit de cura corruptionis memorie a caliditate ꝛ siccitate: ibi [Illa autez.] Tertio de cura facte ex siccitate: ibi [In ea vero.] Quarto de cura facte ex phlegmate: ibi [Qd̄ si fuerit.] Quinto de cura facte ab apostemate: ibi [Facta vero.] ¶Attēde q̄ rubrica istius capituli siue titulus solet ita scribi. ¶De signis causarum eius ꝛ de spēbus eius ꝛ cura ipsius. Capituluz. xiij. Sz hec rubrica communis est huic capitulo ꝛ precedenti ꝛ scribi deberet in capite capituli prioris si de illo ꝛ de isto fieret vnicuz capituluz: sicut vnicum capitulum factuz est de stoliditate ꝛ amētia ꝛ cauſis ꝛ cura. Uerum quia in hoc capitulo soluz agit de curis specierum corruptionis memorie penes diuersitates suaruz causarum: ideo rubricam taliter scripsi. ¶De cura specierum eius. Capituluz. xiij.

¶In cuius prima parte dicit primo q̄ cura specieruz omniū corruptionis memorie cognoscenda est ꝛ requirēda ex canonibus predictis. s. cap. vltimo primi tracta. huius Fen. Et capitulis. xi. ꝛ. xij. secundi tractatus eius: in quibus agitur de modis curationum cuiuslibet male complexionis cerebri: ꝛ de modis quibus educuntur humores a quibus dependēt ꝛ manutenētur he complexiones. Secūdo dicit q̄ opz vt iteremus vel presupponamus canones descriptos in dictis capitulis in omni hora ꝛ loco in quibus agit̄ de cura alicuius passionuz cerebri quecūq̄z sit illa.

Illa autem que. ¶In secūda primo ait q̄ corruptio memorie que separata est idest que processit vel extracta fuit a caliditate ꝛ siccitate facilius curat̄ aliis speciebus corrupte memorie: quoniam vapores ꝛ humores calidi moderates ꝛ sicci qui sunt causa ipsius magis obediunt sue expulsioni ꝛ digestioni ꝛ resolutioni q̄z frigidi humores: ꝛ cerebrum natura frigidum ꝛ humidum iuuat semetipsuz reductioni eius ad temperamētuz remota ab hoc causa calefactionis ꝛ deficcationis sicut aqua calida. ¶Contra corruptio memorie a caliditate ꝛ siccitate cuz disconuenientia particularum introducta fuit eo q̄ cerebruz est naturaliter frigidum ꝛ humidū. Sed apho. xxxiij. secūde in morbis minus periclitantur egrotātes quibuscūq̄z propte nature ꝛ etatis ꝛ habitudinis ꝛ regionis egritudo inest: magis vero q̄z quibus propria non ꝑm aliquid istorum inest. Dic id intelligi ceteris paribus qualia non sunt hic. Secundo dicit q̄ cura huius corruptionis fit per illos modos ꝛ illas medicinas qui frequēter dicti sunt in tribus capitulis modo nominatis.

In ea vero que facta. ¶In tertia dat. i. remedia cōtra corruptionem memorie a siccitate nuda idest pura sine materia. Primum est nutrire egrum cibis tēperatis ꝛ humectantibus vt ouis sorbilibus caponibus gallinis mutone vitulo colaticijs carninz vt humectata ab his substantia cerebri tollatur siccitas. Scōm est exercitiuz tripler. Primuz quidem capitis cum fricationibus ꝛ compressionibus factis cum pannis aliqualiter asperis:

vt per

male cōplexiones vel cuz materia vel sine: ꝛ si cuz materia vel apostemāte vel non apostemante: ꝛ in hoc complet causaruz narratio.

g ¶Et scias ꝛc̄.] Hic cañ. est dictuz Ruffi vt apparet ꝑmo ꝑti. cap. de nocumento memorie. Cum sanitate. s. reliqui corporis: vel cuz sanitate s. apparenti. Nam ex hoc significamus in cerebro materiam phlegmaticam ex qua potest fieri epilepsia appoplexia ꝛ lethargia: vt notuz est.

¶De cura specierum eius. Cap. xiij.

o **Portet** vt cogno. ꝛc̄.] Hic excusat se signa causarū ꝛ specierum. Causarum vt an sit mala complexio cuz materia vel sine: ꝛ si cuz materia: aut apostemāte vel non: specierum vt an sit phlegmatica an melancholica. Ex cañ. predictis scilz hac fen generalibus ꝛ specialibus: vt apparet.

i ¶Illa autem q̄ ꝛc̄.] Hic ponit curam nocumenti memorie. Et ꝑmo eius: quod fit a mala complexione: secundo eius quod fit ab apostemate: ibi secūda [Facta vero.] Prima in duas. Primo ponit curam quando fit a mala complexione sine materia. Secundo cum materia: ibi secūda [Quod si fuerit.] Prima in duas: primo ponit curam quando fit a frigiditate: vel etiam si cum hoc fit humiditas: secundo quando fit a siccitate: ibi secunda [In ea vero.] Dicit primo illa scilicet corruptio idest nocumentum memorie: que separata est ꝛc̄. ꝛ per consequens que est a frigiditate: vel que est ab humiditate: vel ambo simul scilicet a frigiditate ꝛ humiditate facilioris: quia facile est calefacere ꝛ exiccare dictū est multotiens: quia vbicūq̄z supra docuit curam passionum frigidarum ꝛ humidarum cerebri.

k ¶In ea ꝛc̄.] Notandu pura. i. sine materia vel pura. i. non ꝑiuncta frigiditati: vel siccitati. ¶Considerandū tñ q̄ ista cura ꝓfert etiā si ibi sit frigiditas

Bepartibus

dines cerebri ꝓpinquas enūciat seu pnosticat instare ex primo sicut apoplexiam vel epilēsiaz vel lethargiaz: q: significat abūdantiaz phlegmatis in partibus cerebri que potior causa est haꝝ egritudinum.

¶De cura specieruz eius. Cap. xiij.

o **Portet vt cognoscas.** ¶In hoc ca. ꝑmo remittit nos ad precedentia. Secūdo agit de cura corruptionis memorie a caliditate ꝛ siccitate: ibi [Illa autez.] Tertio de cura facte ex siccitate: ibi [In ea vero.] Quarto de cura facte ex phlegmate: ibi [Qd̄ si fuerit.] Quinto de cura facte ab apostemate: ibi [Facta vero.] ¶Attēde q̄ rubrica istius capituli siue titulus solet ita scribi. ¶De signis causarum eius ꝛ de spēbus eius ꝛ cura ipsius. Capituluz. xiij. Sz hec rubrica communis est huic capitulo ꝛ precedenti ꝛ scribi deberet in capite capituli prioris si de illo ꝛ de isto fieret vnicuz capituluz: sicut vnicum capitulum factuz est de stoliditate ꝛ amētia ꝛ cauſis ꝛ cura. Uerum quia in hoc capitulo soluz agit de curis specierum corruptionis memorie penes diuersitates suaruz causarum: ideo rubricam taliter scripsi. ¶De cura specierum eius. Capituluz. xiij.

¶In cuius prima parte dicit primo q̄ cura specieruz omniū corruptionis memorie cognoscenda est ꝛ requirēda ex canonibus predictis. s. cap. vltimo primi tracta. huius Fen. Et capitulis. xi. ꝛ. xij. secundi tractatus eius: in quibus agitur de modis curationum cuiuslibet male complexionis cerebri: ꝛ de modis quibus educuntur humores a quibus dependēt ꝛ manutenētur he complexiones. Secūdo dicit q̄ opz vt iteremus vel presupponamus canones descriptos in dictis capitulis in omni hora ꝛ loco in quibus agit̄ de cura alicuius passionuz cerebri quecūq̄z sit illa.

Illa autem que. ¶In secūda primo ait q̄ corruptio memorie que separata est idest que processit vel extracta fuit a caliditate ꝛ siccitate facilius curat̄ aliis speciebus corrupte memorie: quoniam vapores ꝛ humores calidi moderates ꝛ sicci qui sunt causa ipsius magis obediunt sue expulsioni ꝛ digestioni ꝛ resolutioni q̄z frigidi humores: ꝛ cerebrum natura frigidum ꝛ humidum iuuat semetipsuz reductioni eius ad temperamētuz remota ab hoc causa calefactionis ꝛ deficcationis sicut aqua calida. ¶Contra corruptio memorie a caliditate ꝛ siccitate cuz disconuenientia particularum introducta fuit eo q̄ cerebruz est naturaliter frigidum ꝛ humidū. Sed apho. xxxiij. secūde in morbis minus periclitantur egrotātes quibuscūq̄z propte nature ꝛ etatis ꝛ habitudinis ꝛ regionis egritudo inest: magis vero q̄z quibus propria non ꝑm aliquid istorum inest. Dic id intelligi ceteris paribus qualia non sunt hic. Secundo dicit q̄ cura huius corruptionis fit per illos modos ꝛ illas medicinas qui frequēter dicti sunt in tribus capitulis modo nominatis.

In ea vero que facta. ¶In tertia dat. i. remedia cōtra corruptionem memorie a siccitate nuda idest pura sine materia. Primum est nutrire egrum cibis tēperatis ꝛ humectantibus vt ouis sorbilibus caponibus gallinis mutone vitulo colaticijs carninz vt humectata ab his substantia cerebri tollatur siccitas. Scōm est exercitiuz tripler. Primuz quidem capitis cum fricationibus ꝛ compressionibus factis cum pannis aliqualiter asperis:

vt per

frigiditas cuz siccitate: vt Serap. ponit ꝑmo ꝓtac. in hoc ca. Omnia eui que hic ponunt sunt ad calefaciendum ⁊ humectandum: ⁊ sup. administras quietem ⁊ somnum. s. temperate ⁊ debite. ¶ Sed tu diceres ad qd ponuntur medicine rubificantes: ad quid etiam oleuz de lilio: ⁊ de cepe narcisci. Dicendum q̄ ista calefaciunt: ⁊ etiam attrahẽdo ꝑñ hũectare.

a ¶ Quod si fuerit. ¶ Hic ponit curam quando est a mala complexione cuz materia. s. frigida ⁊ humida: quia vt plurimum fit ab ea. Et primo facit hoc ponendo canones in nominando quasdam medicinas: secundo ponit appropriatas medicinas: ibi secunda [Et ex eis quidem.] Prima in tres: ꝑmo ponit curaz per medicinas: secundo dat in eis ordinem ⁊ modum vsus. Tertio ponit regimen quantuz ad res non naturales: ibi secunda [Et non festines] ibi tertia [Et oportet vt.] ¶ In ꝑma parte vult q̄ primo digeras ⁊ postea euacues: ⁊ ꝑmo incipias a leuibus euacuatiuis: postea vadas ad fortia. Et omnia ista sunt nota ex canonibus generalib⁹ secũdo vult q̄ alteres cõplexionem cum anacardina: que est famosa confectio: sed multũ calida: ⁊ ideo dicit si confidis q̄ non fit malicia ⁊c. q: postea

sed sit ꝑm quantitatem qua fiat fames ⁊ proueniat augmentum cibi ⁊ quietem ⁊ somnum ⁊ balneum ⁊ calefactionẽ cũ emplastris calefacientibus notis quorum rememorationem non iteramus: et cum ventosis super caput absq̄ scarificatione ⁊ cum medicinis rubificantib⁹. Et forasse necesse erit vt ꝑm sit posterius vbi collum iungitur craneo. Et ad ministrenẽ aque in quibus decocta sunt camomilla ⁊ mellilotuz ⁊ pedes capraꝝ ⁊ ex oleis oleum de lilio ⁊ de narciso ⁊ keiri. ¶ Quod si[a] fuerit a materia habente frigiditatez ⁊ humiditatẽ euacua ipsam post digestionem cum eo qõ scio. Et habitet in domo multi luminis. Et incipiat primuz ab euacuantibus q̃ sunt faciliora sicut biere ⁊ pulpa colloquintide ⁊ castoreum. Deinde gradatim procedat adhieras magnas: postea administres si confidis q̄ non sit malitia complexionis calide confectionem

anacardinam: quoniam est fortior in cõ fortatione sensus faciente acquirere seruationem iuuatissimam seruationi. Et administra etiam reliqua digestiua ex rubificantibus ⁊ gargarismis ⁊ odoramentis etiam que scis. Et non festines in desiccatione eius: sed gradatim ꝓcede. Et caue ne desiccatio tua consequatur finem humiditatum principalium: ⁊ sequatur eam frigiditas complexionis. Illud. n. est ex eis que in obliuione augmentũ ꝑbent. ¶ Et opz[b] vt alienẽt a se ebrietatẽ ⁊ sufflationẽ ventoꝝ ⁊ repletionẽ. Et alienenẽ ab ablutione cum aqua penitus: a calida quidem propter illud quod est in ea de mollificatione: ⁊ a frigida quidem propterea q̄ stupefacit: ⁊ nocet spiritui sensus q̄ si eis accidit repletio subtilient regimen post ipsam: oportet ergo vt alienentur[c] a cibis retentiuis ⁊ grauatiuis ⁊ vaporosis. Repletio[b] vo ex vino facta nocet valde.

b ¶ Et oportet: qo ꝑmo dicit patet. ¶ Sed dubitatur cum quo isti debent lauari. Dicenduz q̄ manus ⁊ etiam totũ corpus possunt lauari cum aquis calidis actu ⁊ potẽtia: vt sulphuris aut de coctionis rerum calidarum: ⁊ etiã possunt lauari manus cũ vino: ⁊ ideo exponaf calida qdem. s. aqua pura ꝓpter illo qo est in ea de mollificatione: vt appet in cõmẽto ⁊ apho. xvij. gnte particule. Calidum ⁊c.

c ¶ Alienẽtur a cibis retentis. i. moram facientibus in stomacho vt caseus legumina: ⁊ omnia etiam tarde digestionis: ex quibus etiam multus vapor surgit ad caput.

d ¶ Repletio vo ⁊c. quia multum vinum per viam suffocationis ⁊ indigestionis ⁊ portationis ad membra generat egritudies frigidas: quãuis sit calidum: vt secundo de accidẽti ⁊ morbo. ⁊ tertio de cõplexionib⁹.

Jacobus

vt per has trahatur ad cerebrum sanguis quo ipsum humectetur. Et exercituz manuũ ⁊ pedum vt in ludo palme quo vigoratus calor naturalis sanguinẽ multiplicet ⁊ inde humectet substãtia cerebri. ¶ Et vniuersaliter exercitiũ totius corporis qo non sit forte: sed sit moderatum ⁊ preparans corpus cum mẽbris omnibus ad attractionẽ proprij alimenti ⁊ nutritionem. Et sit mensuratũ in his exercitiũ ꝑm quãtitatẽ hãc qua suscitet famẽ: ⁊ ab hoc pueniat augmentatio cibi sine superflua resolutione. Tertium est quies corporis ⁊ anime tali moderamine q̄ ipsa prohibeat resolutiones fortes desiccantes quas inducũt motus laborioſi. Sed nõ prohibeat distributionem nutrimenti ad membra ⁊ attractionem nutrimenti ab eis. Quartum est somnus nocturnus modestus ⁊ naturalis quia fortificat digestiones: sanguinem multiplicat quo membra humectantur: ⁊ virtutes reparat animales debilitatas. ¶ Quintuz est balneũ mediocriter calidum dulcis aque munde quo trahitur ad membra sanguis abũdanter somnus prouocatur ⁊ totuz corpus ex seipo humectat. ¶ Sextum est calefactio capitis cũ emplastris notis calefacientibus que predescripta sunt neqz necesse est vt hic iterentur quatinus abunde per ea trahatur alimentum ad caput ⁊ ibi retineatur: vt emplastrum ex pice vel terebinthina ⁊ cera. ¶ Septimum est ventose sine scarificatione capiti adhibite pro nutrito corpore satis copiose quatinus per eas abunde attrahatur sanguis ad cerebrum ⁊ humectet ipsum. ¶ Octauuz est medicine rubificantes sicut sunt sinapis fimus columbinus gũmi rute agrestis capiti adhibite. Trahunt enim sanguinem ita abundanter q̄ rubere faciunt superficiem capitis: sed postq̄z attraxerint ad cerebrum sanguinẽ statim remouende sunt ne suis caliditate ⁊ siccitate cerebrum deficcent. ¶ Et circa hec notat hic q̄ locus super quem applicari debent medicine dicte rubificantes ventose ⁊ emplastra calefacientia forte vt in pluribus est posterius vbi collum coniungitur craneo. Nam illic appofite trahunt aptissime sanguinem ad cerebrum ab inferioribus vel a venis magnis illuc ascẽdentibus per quez humectet posterior eius pars. Fortasse dicit: qz si sanguis satis abundanter transiret ad partẽ cerebri postremã per remedia alia faciliora istis ⁊ tutiora non esset opus neqz hic neqz alibi super caput ista violenter apponere medicamenta. ¶ Nonuz est adhibere super occipitium aquas moderate caliditatis in quibus cocti sint pedes capraꝝ vel pedes mutonis cum camomilla ⁊ melliloto vt humectent occiput: ⁊ ad ipsum attrahant alimentuz proprium. ¶ Decimũ est apponere occipiti post rasuram capitis oleuz de lilio vel de narciso. i. bulbo vomico vel de keiri. i. viola citrini coloris abũdante in muris huius regionis mediocriter caliduz: cuius vnctuositas humectat occiput ⁊ caliditas trahit ad hoc nutrimentũ ⁊ viscositas illic attractuz retinet.

aduſtionem:tūc sufficient ei remedia data in.vi.sequentibus partibus que plus moralia sunt:q̄ medicinalia. Si vero peruenit ad aduſtionez dat hic cura eius sub quinq; preceptis. Et eorū primum est:q euacuetur humor melancholicus cum lapide lazuli vel lapide armenico vl epithymo vel diasene vel hiera archigenis ipso predigesto per sirupum de borragine vel de fumo terre vel per aquaꝫ bugloſſe:aut aquam borraginis. Secundū est:q post euacuationem prouocetur somnus vel per diacodion vel sirupuꝫ de papauere vel per liniměta de succo lactuce vel sempuiue fronti ꝛ tēporibus tepida adhibita vel per oleum de papauere:vel cum populeone et tantillo opij. Tertiū est humectatio corporis ꝛ capitis intus ꝛ extra per embrocas olea linimenta vnguēta suaues fricationes ꝛ humidum aerez. Quartum est nutritio cuꝫ laudabilibus ꝛ euchimis cibis satis nutritiuis si tam eger arescat:ꝛ quasi ethicetur sicut hordeato pullis caponibus et aquis eorum ꝛ colaticijs:ꝛ pauco vino albo vel subrubeo debili fortiter limphato ꝛ piscibus petrosis:vt vendosijs phis ꝛ vuis passis. Sed ante illud tempus sit dieta tenuis pauci nutrimenti:sicut cuꝫ lactucis ꝛ malis granatis ꝛ macianis ꝛ aquis pisorum:ꝛ ptisane potu vel seri caprini vel aque fontine vel aquosi amigdaliti:ꝛ breuiter sit tota frigida ꝛ humida ꝛ velut exanguis. Quintuꝫ est:q balneentur fm conditionem humectationis notam:scilicet in balneo dulcis aque tepide in qua temperata sint folia salicis malue violarie.

Et sit casus. ℂIn secunda primo ait:q sit casus.i.occupatio vel cōuersatio insane amantiū in disceptationibus.i.litigijs aut argumētationibus ꝛ in controuersijs disputationuꝫ:et generaliter in rebus negociosis occupantibus ꝛ diuertētibus ab insano amore:vt in bellicis actibus. Juxta illud Ouidij lib.de remedio amoris. Otia si tollas periere cupidinis artes.Secūdo dicit:q ingenietur.i.caute:ꝛ subtiliter elaboretur vt insani amantes aliā diligant ab ea quā diligunt que sit de illis quas lex amare permittit:vt de meretricibus:aut publicis feminis:aut de seruis emptis quas sclauas vocamus nō de virginibus vel religiosis vel alteri nuptis vel ꝓsanguineis in gradibus primis. Et cum visi fuerint aliaꝫ diligere:ꝛ a prima retracti rursus retrahantur ab amore secūde priuſq̄ figantur ꝛ cōfirmentur in eius amore. Juxta illud Ouidij.Mortor ꝛ vt pariter binas habeatis amicas.

Si autem ille. ℂIn tertia dicit:q quinq; sunt multuꝫ conferentia insano amatori qui de rationabilibus esse consuevit:ꝛ de bene morigeratis non de incontinentibus indisciplinabilibus ꝛ indomitis aut peruersis.Primum est adhortari amantem:q virtutes colat que ducunt ad astra:scientias sectetur per quas erigatur ad veros honores ꝛ ad dignitates. Secunduꝫ est corripere hunc ipsum:quia passionum ardens secutor est quibus diuertitur a vijs honestatis ꝛ contēplatione veri boniq;.Tertium est vituperatio illius qui prore feda fetida ꝛ hircosa dimittit agenda posponit artes ꝛ scientias ac diuinum cultum bestialis factus. Quartum est cogere eum via amicabili vel rigorosa:q ab illa discedat ꝛ elongetur corpore ꝛ animo quam insane diligit:nec ei appropinquet:sed pegrinetur aut viagia arripiat.Quintum est transformatio ad ipsum:idest instruere ꝛ informare eius animum cum impressione fortiq illud quod patitur:vnde perdit somnum sanitatem ꝛ vires ꝛ fit vt insanus:ꝛ incompos mentis nihil aliud est:nisi sollicitudo melancholica ꝛ percussio demonis ex hoc q subiecit rationē eius fetido luxui velut hircus fetidus ꝛ cētone calens.Verbaenim conferūt in huius ca.de cura yliſci:quādoq; longe plusq̄ medicine:imo ex toto curant cum nondū processit aduſtio vehemens in humoribus.

Et etiam vetule. ℂIn quarta ꝑmittuꝫ iubet ad hos egros introduci vetulas doctas ad maliciam que vituperent eis illaꝫ quam diligunt:ꝛ reddant hanc eisabhominabiliores:ꝛ narrent ei res aliquas de ipso ex quibus horrorez incurrat:ꝛ narrent ei de ipso vituperationes multas.Hec enim sunt ex eis que sedant plurimū q̄ uis sint ex eis que alios cōsolentur. Et ex eis que ad illud iuuant est:vt narrēt vetule iste formas eius quod diligitur cum similitudinibus fetidis:et assimilent membra faciei eius cum narrationibus horribilibus ꝛ assiduēt illud ꝛ perseuerent in ipso.Hec enim sunt ipsaruꝫ opera. Et sunt prudentiores in hoc viris nisi mollibus.Ipsis nāq; etiaꝫ inest ars non breuior arte vetularum:ꝛ propterea possibile est eis:vt inueniāt qualiter permutent amorem diligentis ad illud quod non diligitur gradatiꝫ.Deinde abscindant opus suuꝫ anteq̄ confirmetur amor secūdus. ℂEt ex occupationibus predictis est emptio puellarum ꝛ plurimus cōcubitus ipsaruꝫ ꝛ renouatio ipsarū ꝛ delectatio cū ipsis. ℂEt q̄dam hoies sunt quos sanat letitia ꝛ audit⁹ cātilene:ꝛ q̄dā sunt quos illud augmentat in yliſci:ꝛ possibile est

Viris in hac arte vituperandi ꝛ laudandi pulchritudines mulierum ꝛ morum:ꝛ hoc:quia sunt in hoc exercitate plus q̄ viri:sed in alijs negocijs viri sunt prudentiores:viri tamen molles.s.mulebres:vt etiā sunt eunuchi habent in hoc artem.
b ℂEt quidaꝫ homines ꝛc̄.]ℂEt quidam sunt quos illud:scilicet auditus cantilene augmentat. Considerandu q̄ auditus cantilene vel reducit in mentem formaꝫ domine:vel ꝓpter multam delectationez abstrahit:si quidem abstrahat:tunc curat.Si vero reducit:ꝛ tunc auget illi. Et tunc aut reducit sub forma desperationis:ꝛ tunc ipse plorat. Aut sub forma assecutiōis possibilis:ꝛ tūc ipse ridet. Ipsa autem sunt ꝓtingentia:fm dispositiones particulares hominum:ꝛ fm diuersitates cantilenaruꝫ ꝛ proportionem earuꝫ ad homines.Tibi ergo est possibile scire illud fm modum dictum.

a ℂVenatio

De partibꝰ

lem:ꝛ plus oignam odio q̄ dilectione. Et primo reducant eis ad memoriam dispositiones indecentes amare: vt si clauda fuerit vel torui aspectus vel nasi ferentis vel mali anhelitus vel arida effecta litigiosa famosa. Secundo eis narrent et rememorent res aliquas de ipsa ꝓpter quas abhorreant secum conuersari:vt q̄ est caduca siue epilentica vel alijs infecta morbis infamibꝰ quos vulgares sanctis aut celo attribuūt vel q̄ est leprosa.Tertio narrent his de sua amasia multa alia vituperia:vt q̄ habet māmillas molles ꝛ pendulas ꝛ portam nature relaxatam apertam assidue sedatam albis fetidissimis putridis humoribus. Hec enim sunt ex his que sedant plurimum hereosum amorem:quāuis sint ex eis que consolantur aliquos amatorum:videlicet illos qui ita obstinati sunt:ꝛ indurati animo:q̄ quanto eis plura mala dicuntur de amasia sua:tanto magis ardent in concupiscentia vel amore ipsius. Vel intellige q̄ vitupia amasie consolantur illos qui gaudere non possunt suis amoribus:quia forte cogitant q̄ si gauderent non haberent granum sine palea:neq; voluntatem sine displicentijs:sed ꝓ vno placito mille dolores. Quarto narrēt vetule coram amatoribus formas amasie cum similitudinibus fetidis: vt q̄ facies eius uncta est:ꝛ fardata:vt potius ulcus q̄s facies aut vultus dici mereatur:ꝛ stare prope eam est abhominabilius q̄s tenere vultum super foramen cloace ꝛ assimilent membra faciei eius cum narrationibus horribilibus:vt cum surgit lipposi sunt oculi polipose nares os fetidissimum:ꝛ q̄ facies eius omnibus pensatis est fetidior:culo stercoroso infantis:ꝛ assiduent he vetule matrone atq; perseuerent in his vituꝑijs apud amatores ꝛ ostendant pannos turpes fetidos menstruate dilecte. Hec enim sunt vetularum opera circa hos exercenda quibus mala mens malus animus est. Secundo ait princeps:q vetule sunt prudentiores in hoc viris:idest magis astute in retrahendo philocaptos ab amoribus suis:demptis viris mollibus quibus non breuior seu minor ars inest in materijs istis arte vetularuꝫ. Et per viros molles intelligit lenones qui in commessationibus ꝛ luxurijs ꝛ ebrietatibus tanquā effeminati cū meretricibus assidue vitam agunt contemnentes virtutes honores ꝛ artes in quibus se exerceant ad honestam vitam ꝛ ciuilem cum bonis. Tertio dicit:q quia lenones nō minus astuti sunt in hoc vetulis possibile eis est ingeniari qualiter permutent amantis animum gradatim ad aliud:deinde disrumpant secundos amores anteq̄s firmentur. Et sic practicando vicissitudines ꝛ permutationes in diuersis amatis ꝛ in amoribus rumpetur impetus insanorum amoruꝫ.Juxta illud Ouidij libro de remedio amoris.Successore nouo vincitur omnis amor.

Et ex occupationibus. ℂIn quinta dicit:q emere puellas iuuenes formosas mundas succi plenas corde viuido:ꝛ cum his frequenter concubituꝫ habere ꝛ renouare eas:ꝛ cuꝫ his delectari est ex occupationibus que diuertunt amantem ab insano amore. Juxta illud Ouidij. Alterius vires subtrahit alter amor.

Et quidam homines sunt. ℂIn sexta dicit:q sunt quidam homines ex insanis amatoribus: qui meliorantur vel qui sanantur ex leticia animi in iocundis ꝛ recreatiuis societatibus ꝛ frequēti auditu melodiarum cantilenarum. Et sunt hi qui per hec ab insano amore suo retrahuntur applicantes animuꝫ letis ꝛ melodijs.Alij sunt homines quibus ista prebent augmentuꝫ in yliſci ꝛ amore hereos:scilicet illi quos recordari faciunt ista sue amate cum qua concupiscunt in his delectari:ꝛ sine ipsa malū tristiter viuere.Et possibile inquit est vt scias illud:scilicet qui melius ꝛ qui peius habent ex leticia ꝛ auditu cantilenarum inspiciendo suos vultus presentibus illis:si iocundi fuerint risui:ꝛ hilares vel meditabundi tristes quasi flebiles:his equidē nocent illis vero prosunt.

Venatio

a ℭVenatio autem ⁊c.] ℭOmnia ista diuertunt cogitationem ab aspectu forme dilecte.

b ℭEt fortasse ⁊c.] ℭDixit fortasse:quia nō est necessariuz:q̄ in eis sit semper peccatum humorū. Cum ergo est tunc indiget cura ista:⁊ hoc est quod dicit:⁊ illud est.ſ.de cura predicta cum euacuationibus ⁊c.cuz permutantur cum moribus.ſ.propter cogitationē multam ⁊ vigilias:⁊ alia que sequunt ad amorem. Et sanitate corpoꝝ suoꝝ.i.a sanitate corporali ad sollicitudinem istoruz scilz melancholicoruz et maniacorū ⁊ alcucubuc. ℳores ergo sunt causa cōuertendi corpus ad extraneam cōplexionē ⁊ generationem humorū. Et hic per mores etiaz intelligit modum vite:qui sequitur ad amorem:vnde humores aduruntur ⁊ fiunt melancholici. Circa materiā de amore multi multa querūt. ℙrimo an mulier viro magis afficiatur amore:secūdo quo sensu qs magis amoretur:an visu an auditu an tactu:⁊ multa alia de qbus exqrere non curamus:⁊ iam in nostris cātilenis vulgariter multa diximus in amore. Sed qa Auicē.dixit:q̄ verba in hoc ca.cōferunt. Ideo cadit dubitatio an verba ⁊ precantationes:⁊ colli suspēsiones siue breuia valeant:⁊ videtur q̄ sic per Auic.hic vbi verba in hoc cap.cōferunt. Itez Serap.cap.de cicere:ponit q̄ si ponri siue clauelones in calēdis tangātur singuli singulo cicere:deinde ligātur in pecia ⁊ proiciātur post tergū valet. Et ego audiui quosdaz experiētia cōfirmantes:sed hoc nō est aliud:q̄ res similis incantationi. Itez in antidotario maiori docetur cōfectio fieri homine induto albis vestibus:⁊ ad somnū musice:⁊ dicit q̄ cōfert. Hec autez est precantatio. Amplius Chirānides in suo libro multas ponit incātationes cōes ⁊ppias circa pēdarū collectiones. Itez Gualterius in libro suo.c.de epilepsia:docet per modū incantationis illā curare. Amplius Gilbertus anglicus in pluribus ca.vtitur hoc modo cure. ℭItez in Halyab.antiquo vij.practi.fit de hoc cap.speciale. Item.vi.de naturalibus Auic.narrat vt scias illud. ℭVenatio autez[a] ⁊ species ludi:⁊ dignitates assumpte ex regibus:⁊ similiter species tristicie magne omnia sunt sanantia. ℭEt fortasse[b] necessariuz erit:vt isti regantur regimine babētium melācholiam ⁊ maniā ⁊ alcucubuc:⁊ vt euacuentur humores eorum predicti cum hieris magnis:⁊ humectē tur cum eo quod dictum est ex humectā tibus. Et illud est cum permutantur ex moribus suis ⁊ sanitate corporum suoꝝ ad similitudinem ipsorum.

Jacobus

Venatio aūt. ℭIn.vij.primo laudat exercitiū venationis ad retrahendū ⁊ diuertēduz insanos amatores a suis amoribus ⁊ amasijs. Juxta illud Ouidij. Uel tu venādi studiū cole.sepe recessit. Turpiter a phebi victa sorore venus. Nūc leporem p̄num catulo sectare sagaci. Nūc tua frondosis retia tende iugis. Aut terre pauidos varia formidine ceruos. Aut cadat aduersa cuspide fossus aper Nocte fatigatū somnus nō cura puelle. Excipit.⁊ dulci mēbra quiete leuat. Et sub his exercitijs venationis intelligit alia leuiora:vt insidias moliri auib⁹ aut piscibus ⁊ tēdere ad eos. Juxta illud Ouidij. Leuius est studiū:studium tñ alite capta. Aut lino aut calamis p̄mia parua seq. Uel que piscis edax auido male deuoret ore. Addere supremis era recurua cibis. Scō laudat freqntare ludos:vt ludū palme:luduz balistē:ludū scacoꝝ vel tabulaꝝ. Tertio laudat dignitates assēq vel officia honesta plurimi laboris ex dono regis aut alterius p̄cipis:naz honores mutāt mores. Quarto cōmendat in cura morbi huius graues tristicias:vt de morte parētū vel de magnis dānis ⁊ ignominijs ⁊ diffamatōe vel magno dedecore. Sūt.n.hec oia sanātia p̄ūc morbū diuertēdo aliuz ab isano amore

Et fortasse. ℭIn.viij.que plus medicinalis est:q̄s sex pores que moribus attinēt:dicit p̄mo q̄ forte oportebit q̄ isti amatores insani reganf illoꝝ regimine qui melācholici vel maniaci vel cucubuci sunt:qū vz.humores ipsoꝝ precipue capitis isz sunt adusti per sollicitudines curas ⁊ vigilias ⁊ inquetudines circa suos amores lōgo habitas tempore. Scō dicit:q̄ tunc oportebit vt euacuenf materie aduste cū hieris magnis vt hiera archigenis vel hiera ruffi vel peralogodion dādo de qua harum vis.ij.vel.iij.ʒ.dissoluras in.ʒ.v.seri capri.sum mo tepidi. Tertio dicit:q̄ capita ⁊ corpora ipsoꝝ humectenf cuz eis que dicta sunt ex humectātibus:vt acre balneo cibis ⁊ potibus ⁊ medicinis intus ⁊ extra freqnter adhibitis que iam notate sunt in curis manie melancholie ⁊ cucubuc. Quarto dicit:q̄ hec fieri debēt:qū pmutanf insani amatores a moribus humanis rationabilibus:⁊ a sanitate sibi ꝓsueta ad extraneos mores ⁊ ad passiones melācholicoꝝ vel maniacoꝝ:⁊ fiūt his similes. ℭAttēde.i.q̄ Raf.li.diuisi.ca.xiij.qō intitulauit de amore qui di hereos:sic breuissime tradidit huius morbi curam. Cura eius est assiduatio coit⁹ ⁊ ieiuniuz ⁊ deambulatio:⁊ ebrietas plurima ⁊ assidua:hec ille. Quoad p̄muz certū est:q̄ fatigatus coitu plurimo minus exardescit in ꝛcupiscētia qs nō fatigatus. Quoad ſm etiā notorū satis est:q̄ demaceratus ⁊ exanguis factus per multū ieiunium nō sic agitaf stimulis veneris sicut succi plenus sanguine calescēs ⁊ spmate abūdanꝫ. Quoad tertiū claruz est:q̄ deambulationes in lōgis viagijs vel pegrinationib⁹ que corpus fatigāt ⁊ picula afferunt:multuz diuertūt ab insano amore. Sed hec tria nūc dicta sunt faciēda dum corpus amātis adhuc est forte nōdū demacratum ⁊ debilitatū sollicitudinibus ⁊ vigilijs nec oino pdidit vsuz rōnis. Quoad quartum ꝛsulūt multi q̄ nō dēf vinum in hac passione:q̄ vt puerbialiter dī. Sine cerere ⁊ bacho friget venus. Sup quo Oui.in fine lib.de remedio ait. Uina parāt alios veneri:nisi plurima sumaꝫ. Ut stupeant multo corda sepulta mero. Aut nulla ebrietas aut tanta sit vt tibi curas. Excipiat:si qua est iter vtrāq̄ nocet. ℭAttēde.ij.q̄ stolidum vulgus insanos amores sortilegijs imputat ad vetulas recurrēs diabolicas astutas quas scire existimat ⁊ ligare hoies suis sortilegijs hoc isano amore ⁊ absoluē eos:qū placet eis. Inter quas est vna dolosissima anus i hac ciuitate que se p̄ vrinas cognoscē iactat sortilegiatos ⁊ sortilegia qbus illigati sunt. Et plurimos ponit recurrētes ad eos in tātis fantasijs ⁊ melācholijs q̄ timore arescūt ⁊ ethicanf ⁊ finaliter obeunt. Et alijs porrigit medicias fortes magne violētie qbus ipa deijcit eoꝝ vtutes ⁊ lāguidos efficit. Et paꝫ verē puocare aborsus dicēs pgnātibus q̄ nō sunt pgnātes:sz hñt intra se falsa germina que exire coget suis medicis. Et alijs dicit q̄ sunt pgnātes:sz earuz fetus nō sunt in suo loco qbus dat iterdū fortes medicinas:que vel iterimūt vel grauiter ledūt fetus ⁊ pgnātes dicēs q̄ in terra deuestētie erat qdaz:qui suū corpus paragonizabat.i.disponebat p incantatiōez:vel aliud nō ſm nālem cursuz:taliter q̄ alia veneno sa nō offendebāt sibi:⁊ narrat ibi mirabilia de filio illius:qui p̄em nō inuenit. Amplius satis vt dispositio similis incātationi ex suspensione brelūiū:qñ accipiſ filus lane:⁊ intingiſ in sanguine murice ⁊ strangulaſ cum eo vipa:⁊ suspendiſ collo hūtis signātiam:q; cōfert:vt infra fen.ix.ca.de cura pfocationum:⁊ Gal.vi.de simpli.medicina.ca.de peonia. Item ratione nō minoris est entis incantatio ⁊ similia q̄s species in aia:sed tales species alterant:vt Arist. in libro de causa motus animaliū: vbi dicit:alterant autē sensus ⁊ fantasie:ergo ⁊c. Amplius illud pōt curare quod potest vehementiaz speciei sanitatis inducere:sed incantatio ⁊ similia hec possunt:vt est notū:maior ꝓbatur:quia species de sanitate aliquādo plus facit q̄s medicus cuz instrumētis:vt Auicē.sexto de naturalibus.particula quarta penulti.capi.⁊ ideo ille plures sanat de quo plures cōfidunt:vt primo pnosticoꝝ.scdo cōmento. In cōtrariū est Gal.sexto de simpli.medicina.p̄mo cap.qui de hoc vituperat antiquos. ℭItē quarto de simplici medicina deridet illuz qui carmine occidebat scorpionē:cum tamē hoc faceret saliua:vt dicit capi.de saliua. Itez medicatio ꝛficitur tribus modis dieta:potione ⁊ chyrurgia:vt quarta Fen primi.sed incātatio ⁊ similia non sunt aliquod istorū. Itez Galie.de vtilitate particularū.xi.⁊.xiij.cap.cōtra zſdoꝝ sen:ponit q̄ actio diuina ad aliquā formam nō est super qualibet materia:ergo eadē ratione nec quocūq̄ instrumento naturali. Sed apud Galie.naturalia instrumēta transmutationū sunt quatuor qualitates:vt p̄mo de virtutibus natura.⁊ non sunt incātationes:ergo incātationibus:nec homo nec deus aliqd agūt. ℭAmplius quantitas nō agit:vt Auer.iij.phy.lxxiij.cōmento. Sed incātatio est quantitas:q; est oratio quidez. Oratio autē est in predicamento quantitatis. Recitat conciliator modos multos differētia.clvi.

Jacobus

Venatio aūt. ℭIn.vij.primo laudat exercitiū venationis ad retrahendū ⁊ diuertēduz insanos amatores a suis amoribus ⁊ amasijs. Juxta illud Ouidij. Uel tu venādi studiū cole.sepe recessit. Turpiter a phebi victa sorore venus. Nūc leporem p̄num catulo sectare sagaci. Nūc tua frondosis retia tende iugis. Aut terre pauidos varia formidine ceruos. Aut cadat aduersa cuspide fossus aper Nocte fatigatū somnus nō cura puelle. Excipit.⁊ dulci mēbra quiete leuat. Et sub his exercitijs venationis intelligit alia leuiora:vt insidias moliri auib⁹ aut piscibus ⁊ tēdere ad eos. Juxta illud Ouidij. Leuius est studiū:studium tñ alite capta. Aut lino aut calamis p̄mia parua seq. Uel que piscis edax auido male deuoret ore. Addere supremis era recurua cibis. Scō laudat freqntare ludos:vt ludū palme:luduz balistē:ludū scacoꝝ vel tabulaꝝ. Tertio laudat dignitates assēq vel officia honesta plurimi laboris ex dono regis aut alterius p̄cipis:naz honores mutāt mores. Quarto cōmendat in cura morbi huius graues tristicias:vt de morte parētū vel de magnis dānis ⁊ ignominijs ⁊ diffamatōe vel magno dedecore. Sūt.n.hec oia sanātia p̄ūc morbū diuertēdo aliuz ab isano amore

Et fortasse. ℭIn.viij.que plus medicinalis est:q̄s sex pores que moribus attinēt:dicit p̄mo q̄ forte oportebit q̄ isti amatores insani reganf illoꝝ regimine qui melācholici vel maniaci vel cucubuci sunt:qū vz.humores ipsoꝝ precipue capitis isz sunt adusti per sollicitudines curas ⁊ vigilias ⁊ inquetudines circa suos amores lōgo habitas tempore. Scō dicit:q̄ tunc oportebit vt euacuenf materie aduste cū hieris magnis vt hiera archigenis vel hiera ruffi vel peralogodion dādo de qua harum vis.ij.vel.iij.ʒ.dissoluras in.ʒ.v.seri capri.sum mo tepidi. Tertio dicit:q̄ capita ⁊ corpora ipsoꝝ humectenf cuz eis que dicta sunt ex humectātibus:vt acre balneo cibis ⁊ potibus ⁊ medicinis intus ⁊ extra freqnter adhibitis que iam notate sunt in curis manie melancholie ⁊ cucubuc. Quarto dicit:q̄ hec fieri debēt:qū pmutanf insani amatores a moribus humanis rationabilibus:⁊ a sanitate sibi ꝓsueta ad extraneos mores ⁊ ad passiones melācholicoꝝ vel maniacoꝝ:⁊ fiūt his similes. ℭAttēde.i.q̄ Raf.li.diuisi.ca.xiij.qō intitulauit de amore qui di hereos:sic breuissime tradidit huius morbi curam. Cura eius est assiduatio coit⁹ ⁊ ieiuniuz ⁊ deambulatio:⁊ ebrietas plurima ⁊ assidua:hec ille. Quoad p̄muz certū est:q̄ fatigatus coitu plurimo minus exardescit in ꝛcupiscētia qs nō fatigatus. Quoad ſm etiā notorū satis est:q̄ demaceratus ⁊ exanguis factus per multū ieiunium nō sic agitaf stimulis veneris sicut succi plenus sanguine calescēs ⁊ spmate abūdanꝫ. Quoad tertiū claruz est:q̄ deambulationes in lōgis viagijs vel pegrinationib⁹ que corpus fatigāt ⁊ picula afferunt:multuz diuertūt ab insano amore. Sed hec tria nūc dicta sunt faciēda dum corpus amātis adhuc est forte nōdū demacratum ⁊ debilitatū sollicitudinibus ⁊ vigilijs nec oino pdidit vsuz rōnis. Quoad quartum ꝛsulūt multi q̄ nō dēf vinum in hac passione:q̄ vt puerbialiter dī. Sine cerere ⁊ bacho friget venus. Sup quo Oui.in fine lib.de remedio ait. Uina parāt alios veneri:nisi plurima sumaꝫ. Ut stupeant multo corda sepulta mero. Aut nulla ebrietas aut tanta sit vt tibi curas. Excipiat:si qua est iter vtrāq̄ nocet. ℭAttēde.ij.q̄ stolidum vulgus insanos amores sortilegijs imputat ad vetulas recurrēs diabolicas astutas quas scire existimat ⁊ ligare hoies suis sortilegijs hoc isano amore ⁊ absoluē eos:qū placet eis. Inter quas est vna dolosissima anus i hac ciuitate que se p̄ vrinas cognoscē iactat sortilegiatos ⁊ sortilegia qbus illigati sunt. Et plurimos ponit recurrētes ad eos in tātis fantasijs ⁊ melācholijs q̄ timore arescūt ⁊ ethicanf ⁊ finaliter obeunt. Et alijs porrigit medicias fortes magne violētie qbus ipa deijcit eoꝝ vtutes ⁊ lāguidos efficit. Et paꝫ verē puocare aborsus dicēs pgnātibus q̄ nō sunt pgnātes:sz hñt intra se falsa germina que exire coget suis medicis. Et alijs dicit q̄ sunt pgnātes:sz earuz fetus nō sunt in suo loco qbus dat iterdū fortes medicinas:que vel iterimūt vel grauiter ledūt fetus ⁊ pgnātes dicēs

Universidad de Navarra Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Tractatus quintus de egritudinibus cerebri in opationibus motus.
¶De vertigine. Capitulum.i.

Ertigo est. ¶Omissa ꝓsecutõe rudi cõi: vt apparet ex ꝓncipio tertij tra. Dicemus q̃ post q̃ in p̃cedẽti trac. determiauit de egritudibus q̃ę sunt cũ plimo nocumẽto sensus ⁊ mot̃. Hic determinat de egritudibus: que sunt cũ plimo nocumẽto mot⁹: ⁊ hoc dicit Rubri. hic: ⁊ supra tra. iij. ⁊ q̃uis dicant iste egritudines cũ plimo nocumento motus: tñ ⁊ sensus ledunt: vt appebit: ꝫ primũ q̃ nobis appet: ⁊ manifestius est mot⁹ nocumẽtũ. Iste aũt egritudies sunt qnq;. s. ỽtigo alue: incub⁹ epilepsia apoplexia: ergo h̃nt ptes qnq;. Primo determinat de ỽtigine. ꝯ de alue ⁊c. ptes patẽt. Pria in tres. ꝑmo determinat de ỽtigine: quã tũ ad sui esse ⁊ cãs. ꝯ ponit signa. tertio curaz. ibi ꝑa. Facta ãt. ibiz[a]. ꝑa eta q̃dez. Prima in. iij. ptes. primo ponit diffinitionẽ ỽtiginis. ꝯ cõparat eã ad epilepsiã. tertio inuestigat sui cãs. q̃rto docet ex ea pnosticari. ibi ꝑa. Et dĩa. ibiz[a]. Et hec. ibi q̃rta. Et ỽtigo q̃dẽ. Prima in. ij. primo ponit diffinitionẽ siue notificationẽ ỽtiginis. ꝯ declarat q̃ dixit. ibi ꝑa. Et illud. Dicit ꝑmo q̃ ỽtigo est ⁊c. Cõsideradũ ꝑmo q̃ ỽtigo ⁊ scotomia apud Silbertũ anglicũ sunt idẽ: ꝫ di ỽtigo: q: res appent volui: vñ di vertigo a verto ỽtis: vel di egritudo ỽticis. Tñ sciendũ q̃ non solũ smĩl vertigo p:o dispõne: in qua appent res ỽti: sed ẽt quocũq; mõ moueri: sicut etiã vr hoi: qui imaginat: q̃ cadat: si sit a cã intrinseca vel extrinseca põt dici ỽtigo: ⁊ ideo Azara. dicit: q̃ ỽtigo: fit ex aspectu de alto loco i pfundũ: di scotomia quasi scopomia a scopos q̃ est vidẽ vel intẽdere: ⁊ mias q̃ est musca: q̃si vides muscas: tñ ꝑm Raf. i. cõti. ij. c. vertigo est dispõ: in qua appent res volui: ⁊ hõ nõ cadit: sed regit se. Scotomia aũt est dispõ in qua appent res moueri: ⁊ hõ cadit ⁊ vocat fidre ꝑm glo. ir. Almãs. c. de scotomia. Sed tu. d. dubitat: q: ꝑm hoc vr q̃ Aui. in ẖ. c. nõ loquat de ỽtigine: sed de scotomia: q: dicit quare nõ regit se vt firmet: immo cadit. Dicẽduz tripl. Primo q̃ hic sumit ỽtigo p:o scotomia: ꝫ de vertigine distincta ꝓtra scotomiã: loquit in seca. ⁊ cũ alue: vt ibi appebit. Vel aliter q̃ hic sumit vertiginẽ etiã p:o scotomia ⁊ vertigine: ⁊ ꝫ diffinitio apparẽter ⁊ exꝑsse sit de scotomia: tñ ex hoc etiã intelligit vertigo: que est minor dispõ q̃ scotomia. Tertio possumus dicẽ: q̃ per hoc q̃ dicit: ⁊ accidit ei ex obuiatione sui ipsius ⁊c. dat intelligẽ vertiginẽ distinctã ꝓtra scotomiaz. q. d. q̃ si nõ obuiaret sibi ipsi i. nõ voluret se nõ caderet: ⁊ tũc dicet vertigo. Sitr per hoc q̃ dicit: aut apit oculos: dat etiã intelligẽ de vertigine. q. d. aliqs hñs ỽtiginẽ est: qui clausis oculis nõ cadit ⁊ ista est vertigo. Cõsideradũ ꝯ q̃ Aui. notificat vertiginẽ ex duobus. Primo ex sui imediata dispõne: ⁊ hoc ex duobus. Primo: q: appent ei oia moueri ⁊ volui sup ipm. Scõo q̃ appet q̃ corpus suũ ⁊ cerebrũ moueanf. ꝯ notificat eam ex dispõne ꝓnte: ⁊ sunt tria.

¶Tractatus q̃ntus de egritudinibus cerebri in operationibus motus.
¶De vertigine. Capitulum.i.

Ertigo ẽ vt babẽs ipsam imaginetur q̃ res sup ipsum voluantur: ⁊ q̃ eius cerebrum ⁊ corpus ipsius reuoluantur: quare nõ regit se: ita vt firmetur: ĩmo cadit. ¶Et multotiens quidem abhorret voces: et accidit ei ex obliuione sui ipsius: sicut illud quod accidit ei qui reuoluitur sup seipsum multotiens cum velocitate: nõ enim figitur sedens: aut stans: aut aperit oculos suos. Et illud[b] est propterea q̃ accidit spiritui in ventribus cerebri eius ⁊ in venis ⁊ arterijs eius ex obuiatione sui ipsius illud quod accidit ei cũ reuoluitur reuolutione cõtinua. ¶Et differentia[c] quidem inter vertiginez ⁊ epilentiam est: q̃ vertigo quãdoq; manet tempore aliquo. Epilentia vero fit repente. Et cadit eaz habens filẽs ⁊ sanatur. Vertigo autem est: vt cum homo stat vel surgit obtenebrentur eius

Primũ q̃ nõ regit se: vt firmet: ĩmo cadit. Causa in hoc est duplex. Pria q: spũs cerebri indebite mouenf ad sui organa: ⁊ ideo nerui corpis existẽtes debiles non p̃nt corpus sustẽtare. ꝯa cã est: q: hõ quasi cũ corpe assequitur motũ illũ ⁊ timet: ⁊ ideo cadit. Scõm est: q: multotiens abhorret voces: ⁊ hoc: q: cerebrũ cũ hoc est debile: vt dicebat supra. c. de ouo. Tertiũ est: q̃a ex obuiatione sui ipsius nõ figit siue sedeat siue stet: siue apiat oculos: ĩmo cadit. Ista autẽ obuiatio est motus in gyrũ: q: tũc hõ obuiat sibi q̃ ỽtiginosus vult facẽ: ⁊ talis mot⁹ põt tẽpatari fieri vel in hora porissimi: vel post porissimũ siue ante. In hora q̃dẽ porissimi q: cũ hõ hz actu ỽtiginẽ ⁊ semel voluerit se in gyrũ cadit: ⁊ nõ põt firmari sicut si hõ sanus multotiens voluat se in gyrũ cadit: quod igit euenit sano in multis gyrationib⁹ euenit illi in vna. Cõsideradũ autez q̃ motus iste qui di obuiatiuus suipsius fit in actu vertiginis a patiẽte dupl. Q̃nq; enim mouef ꝑm illam ptez ꝑm quã res appent moueri: ita q̃ assequf cũ imaginatiua: ⁊ motu ꝑm motũ: q̃ appet sibi de rebus: aliq̃ conaf ad ꝛriũ moueri quocũq; fiat talis obuiatio. i. motus obuiatiuus in actu ỽtiginis hõ non põt se regẽ: ⁊ si semel tm̃ faciat hoc. Dico scõo q̃ talis motus gyratiuus põt fieri nõ existẽte paroxismo: sed ante vel post: vt sit sepsus q̃ hõ dispositus ad vertiginẽ q̃uis actu nõ habeat: tñ si semel se vertit ad gyrũ incurrit vertiginẽ: ⁊ cadit sicut si hõ sanus multotiẽs verteret se in gyrum: ⁊ videf q̃ sit sentẽtia Raf. i. ꝯti. ẖ. cap. ⁊ ex hoc potest cognosci homo sanus ab homine parato ad vertiginem.

b ¶Et illud ⁊c.]¶Hic declarat: q̃re hñs ỽtiginẽ si obuiat sibi: ⁊ mouet se ꝑpe in gyrũ cadit: ⁊ dicit q̃ cã est: q: accidit spũ in vẽtribus cerebri ⁊ stãti in arterijs ⁊ venis hñtis vertiginẽ. s. q̃si semel mouef illud q̃ accidit sano cum multotiẽs sup se: ⁊ hoc est q̃ dicit: illud q̃ accidit ei. s. sano cuz reuoluit reuolutiõe ꝓtinua. i. pluribus vicibus. Cõsideradũ q̃ obuiatio sui ipsius est ꝓꝑie motus in gyrum reuolutiuus: q: quasi hõ tẽtat sibi obuiare: ⁊ ꝑpe q̃n conatur in actu vertiginis ꝓtra motũ quez fecit imaginari vertigo. Ex hoc aũt motu facto ab hñte ỽtiginẽ ꝓtingit q̃ spũs magis mouef: ⁊ ideo cadit sicut ex continua reuolutione cadit hõ sanus.

c ¶Et dĩa ⁊c.]¶Primo ponit dĩaz inter epilepsiã ⁊ vertiginẽ debilẽ in qua hõ nõ cadit. ꝯo inter vertiginẽ fortẽ ⁊ epilepsiã in qua hõ cadit ibi ꝑa. Et que ex ea est fortis]Cõsideradũ q̃ iter vertiginẽ leuẽ ⁊ epilepsiam Auic. ponit differẽtiaz in tribus. Primo in modo euẽtus: q: vertigo in sui aduẽtu manet tẽpore aliquo: sed epilepsia respectu eius accidit magis subito: ⁊ causa est: q̃a paroxismus epilepsie est morbus magis acutus ⁊ violẽtus. Dico autez respectu eius: q: etiam paroxismus aliqs epilepsie aliquãdo accidit non multuz subito: vnde q̃daz epilentici preueniunt ⁊ occultant se. Secũda differentia est in modo habẽdi se: q̃a epilenticus necessario cadit: sed habens vertiginẽ debilẽ excitatur: vt cadat non tamẽ semper necessario cadit. Tertia differẽtia est in accidente cõiuncto:

Jacobus

¶Tractatus. v. de egritudinibus cerebri in operationibus motus.
¶De vertigine. Cap. i.

Ertigo est. ¶In ẖ. c. ꝑmo assignat descriptionẽ ⁊ accũtia ỽtiginis ⁊ dĩas ipsius ab epilẽtia. Scõo cãs ỽtiginis: ibi ꝑa. Et hec q̃dẽ ỽtigo.] Tertio pnosticationes ⁊ q̃uersiones ỽtiginis ad morbos alios: ibi ꝑa. Et vertigo quidem frequens.]

¶In. i. pte ꝑmo describit ỽtiginez. Scõo tãgit quo ỽtiginosus accũtia ⁊ vtriusq; cãm: ibi ꝑa. Et multotiẽs] Tertio dĩam ỽtigis ab epilẽtia: ibi ¶In. i. pticula describit ỽtiginẽ per ãtuor ꝓditio[nes] que in vertiginosis repiri solẽt. Pria est: q̃ ỽtiginosus imaginat̃ et appet ei q̃ sup ipm res circũuoluanf que circũstãt ei: vel quas hz ante se pp motũ q̃si circulare sensibilis spũs in vẽtriculis cerebri vel in venis ⁊ arterijs eius vel in nernis opticis. Scõa est: q̃ imaginat̃ ⁊ appet ei q̃ ipius cerebrũ aut caput reuoluit: ⁊ totũ corpus pp eadẽ cãm qua sibi videtur res alie reuolui. Tertia est: q̃ pp has apparẽtias vel imaginationes reuolutionũ ỽtiginosus nõ regit seipm taliter vt firmet̃ stãdo aut ambulãdo erecto corpore. Quarta est: q̃ potius pp eandẽ cãm vacillat ⁊ cadit maxime si fortis ⁊ cõpleta fuerit sua ỽtigo. Dĩ aũt vertigo a ỽto vtis: et est globus ꝓuolutio coagitatio que fit i terra a vẽto: ⁊ in capite a morbo: Ysidorus aũt quarto ethymologiaz ait. Tertigo est quotiẽscũq; ventus surgit ⁊ terrã in circuitu mittit. Sic ⁊ in ỽtice hoꝛs arterie ⁊ vene vẽtosi tatẽ ex resoluta humectatiõe gignũt ⁊ in oculis gyruz faciũt: vñ ⁊ ỽtigo nũcupata est. ¶Attẽde. i. q̃ multi medicoꝛ idẽ esse reputãt scotomiam ⁊ ỽtiginẽ: vt Serap. Mesẽ. ⁊ ꝑceps in hoc passu alij differre dicũt: idẽ tñ de ipsis ca. faciũt ꝑ magnã ipsarũ similitudinẽ adinuicẽ in cãis ⁊ signis ⁊ actiõe lesa ⁊ subiecto ꝑpo ⁊ curatiõe. Juxta id Auẽzo. ix. trac. i. theisir. c. xviij. Accidit hoi egritudo que dr alfadre ⁊ est quasi scotomia: ⁊ est vt nõ possit vidẽ: q̃si vr ei q̃ locus vbi est voluaf sub eo: ita q̃ pcidat in terraz. Et Almãsor qdez nõ scripsit hãc egritudinem: sed in loco suo scripsit alcadre. i. scotomiã: hec Auẽzo. ¶Attẽde. ij. q̃ scotomia ⁊ ỽtigo ꝑm quosdã ꝓuenit in hoc q̃ q̃nq; fiunt a cã ꝑuata latẽte in cerebro: ⁊ q̃nq; a causa cõicata. Et item in hoc q̃ ledit actiões visiue virtutis ⁊ sensus cõis et imaginatiue corrũpẽtes eas seu pmutãtes a nã ꝓpria: ⁊ in hoc q̃ fere fiũt curanf. Sed differũt in tribus. Primo q̃dẽ in hoc q̃ ỽtiginis cã vel mã magis subtilis est ⁊ magis mobilis scotomie ỽo grossa ⁊ fixa magis. Secũdo differũt in apparẽtibus ⁊ imaginabilibus. In ỽtigine eqdẽ oia videnf in gyrũ moueri: in scotomia vero quasi musce apparẽt vel cymices

Epartibus q: epilẽticus

visui. Et illud declarãt ex interpretatione nois scotomie q̃ dr aiunt dicẽtur a scotos q̃ est videre ⁊ mios quod est musca. Sed Januen. in synonymis ait: q̃ scotomia est subita visus obtenebratio a greco scotos quod est tenebra. Et in synonymis incipiẽtibus ab alphita scribitur. Scotophos scotomia tenebrositas idez: sed catholicon habet. Scotomia a scuta quod est forma rotũda dicitur hec scotomia scotomie: ⁊ accepit nomẽ ab accidẽti: q: repẽtinas tenebras ingerat oculis cũ vertigine capitis. Tertio differũt in hoc: q̃ medicine fortiores cõpetunt in scotomia ꝓptere q̃ eius materia plus grossa ⁊ fixa est.

¶Et multotiẽs quidẽ ⁊c.]¶In secũda dicit ꝑmo q̃ vertiginosus frequenter abhorret voces maxime altisonas ⁊ altos sonos: quia sui spirit⁹ sensitiui interiores agitatiõe vehemẽti tam cõturbati sunt: ⁊ inundatio vocũ vel sonorũ interius recepta turbationẽ auget. Secũdo dicit q̃ obliuio suipsius vel negligẽtia vel inscitia in directiõe suorũ motuũ voluntariorũ quãdoq; fit accidit vertiginoso sicut accidit illi qui multotiẽs sup se cuz velocitate reuoluitur. Mã neuter ipsorũ scit seipsum figere vel firmuz tenere sedẽdo vel stando: sed vacillãs cadit nec aperit oculos: id i ludo apparet quo baculus lõgus de duobus cubitis infixus terre manu vna tenef ⁊ hunc tenẽs nouies sibi circũuoluit̃ festinãtissime: post relicto baculo fugit ad parietẽ vt candelã extingat: ⁊ qui id facere põt precii lucratur: sed pauci sunt ex hijs qui nõ prius cadãt vt vertiginosi q̃ attingẽ possint vsq; ad parietẽ p:o suffliãda candela. Tertio dicit reddẽs causam huius q̃ illud est: scilz q̃ eger se figere nõ põt stando vel sedẽdo: ꝓptere q̃ in ỽtigine spiritibus accidit a ialibus in vẽtriculis cerebri: ⁊ in venis eius ⁊ in arterijs suis ex obuiatione ipsoꝛ adinuicẽ in modũ turbinis ⁊ agitatiõis illud q̃ hijs accidit q̃n reuoluit̃ a ialis spũs vel ipse patiens reuolutione cõtinua. s. q̃ virtus regitiua corporis nõ valet hoc regere stãdo aut ambulando vel etiã sedendo ꝓpter incõstantiaz ⁊ cõturbationem dictorum spũum qui sunt instrumenta per que regit corpus.

¶Et differẽtia q̃dem ⁊c.]¶In tertia assignat quatuoꝛ differẽtias iter epilentiã ⁊ vertiginẽ. Prima est: q̃ ỽtigo seu ỽtiginis paroxismus quãdoq; permanet ⁊ pdurat aliquo notabili tẽpore paulatim euenies. Epilẽtia ỽo ⁊ repente accidit ⁊ cito pertrãsit. Secũda est: q̃ habẽs vertiginez cadit silens ⁊ sanat. i. sanus videt ⁊ liber a paroxismo duz se erigit post casum. Epilẽticus vero cadit cum clamore vel sonitu gutturis ꝓpter impedimentũ anhelitus eius a spasmo vniuersali. Tertia est: q̃si vertigo ẽ: vt obtenebrẽtur patientis oculi: quãdo stat vel surgit: ⁊ excitatur ad hoc vt cadat in terram circũuerti credens oia que videt. Epilentia vero subito

contingit

q: epilenticus filet quouscq; stat egritudo.s.paroxismus:t post sanatur t surgit: sed habens vertigines nó filet:imo quádocq; clamat in toto paroxismo suo. Et causa est:q: nó est tantú nocumẽtuz in cerebro vt impedia tur motus lingue quantum est in epilentico.

a ¶Et que tc.]Lõsiderandú q; Aui.ponit vnã diam:t est q: epilepsia fit cũ spasmo:sz vertigo nó. Alia tñ dicit a Rasi: q: i epilepsia fit spuma:non tñ in vertigine ẽt forti. ¶Lõsiderandu ẽt q; fortis vtigo accidit satis subito:t facit hoiem cadere ad terraz t stare cũ filẽtio:t iõ mixtú assimilat epilepsie.

b ¶Et hec qdez tc.] ¶Hic inuestigat cãs vtiginis.t primo cãs extrinsecas siue primitiuas.Do cãs magis itrinsecas: lz etiã aliqd de extrinsecis dicat.ibi sa[_Et qñq;.] ¶Ad pmi euidentiã est sciẽdu q; vertigo ppria dicta in qua apparet hoi q; res mundi in gyrum voluank maxime vi hie

oculi t excitak ad hoc vt cadat.Et[a] que ex ea fortis est similis est epilentie.verũtamen nó fit cũ spasmo sicut fit epilentia. ¶Et hec[b] qdem vertigo quádocq; accidit hoi ppterea q; reuoluit seipsuz: t reuoluũtur vapores t spũs in ipso sicut reuoluitur vas ptinens super aquaz tpe aliquo:t quádo reuoluitur spiritus imaginatur hó q; res reuoluantur. Mã equale[c] est siue diuersificet pportio partium spũs ad partes mundi cõtinentes ipsuz ex parte spũs siue diuersificetur illud ex parte mũdi cum fuerit sensibilitas per eas:t sunt reuolutiões que sunt ppter oppositionez. Nam[d] cũ sentiens mouetur pmutank opposita sicut cũ mouetur sensatũ. ¶Et[e] hec qdez vertigo qñq; fit pp ꝓsideratiõez etiã ad res que voluunk:ita vt infigatur forma illa sensata in aia.Et pp[f] hoc dicitur q; oẽs operatiões sensibiles pendent ex instrumẽtis corporeis patientibus:quorum primuz t dignius est spiritus sensibilis.Et remanet in ipso ab omni sensato forma

mutataz.Secũdus modus introducẽdi hanc partez est subtilio:. Et est: q: Aui.sic voluit arguere.Si moto spiritu diuersificatur ꝓportio partiũ spũs ad ptes mũdi ex pte spũs sicut moto mũdo siue reb[9] mũdanis diuersificaf ꝓportio ex motu spũs oia appebũt moueri.Sz sic ẽ q; moto spũ diuersificaf ꝓportio ptiuz spũs ad ptes mũdi:sicut moto mũdo:ꝯ moto spũ hõ imaginatur oia moueri siue volui.Circa hãc rõnez sic ꝓcedit:q: maiorez ꝓsupponit vt notam.Mã iudiciũ de reb[9] visibilibus nõ fit nisi cuz quadã ꝓportiõe partiuz mũdi visibiliũ ad partes spũs.Si igitur illa ꝓportio mutaf ita q; ꝓ succedat parti iudiciũ erit rei mobilis.¶Maiorez Aui. ꝓbat:t primo p vnã rationẽ.fo per aliaz.ibi fa[_Mam.] Et arguit sic: ꝓportio partiũ mũdi ad partes spũs est inter partes mũdi:t partes spũs: ergo ad mutandũ istam proportionẽ equale est:t nõ differt siue fiat mutatio i partibus mũdi siue

in partibus spũs:ꝓsequẽtia tenet ex hoc:q: quotiẽs aliqua proportio pẽdet a duobus ad mutationẽ proportionis sufficit altez ꝓmutari siue moueri:hoc est qđ dicit:cũ fuerit sensibilitas per eas.i.ptes mundi t partes spũs:t vnũ mouet:t aliud recipit:equale est.i.nó differt siue diuersificetur tc.nó differt. Dico quo ad ꝓmutanduz proportionẽ istaz partiuz ad inuicez. Lõsiderandú q; ꝑ hanc proportionẽ intelligo debitaz t determinatam adiacentiã sensibilis.Ex.g.visibilis ad visum:que adiacẽtia est in tali situ t cũ talibus lineis:siue igitur ꝓmutetur sensatuz siue sentiẽs permutatur ista ꝓportio:qua ꝓmutata opz q; res,iudicetur ꝓmutata: vt dicit maior ꝓpositio:t hoc est qđ subdit:t sunt reuolutiões.s.que apparẽt cũ homo imaginatur oia volui in gyrũ que sunt pp oppositiõez.s.sensibilis ad sensuz ꝓmutataz:que oppositio ꝓmutatur quocũq; mutato.s.sensato vel sentiẽte.[_Nam cum sentiẽs.] ¶Probat fo sic moto sensitiuo siue sensato ꝓmutank opposita.i.oppositiões:ergo quocũq; eoz mutato mutatur ꝓportio:qa ꝓportio ꝓsistit in illa oppositione. ¶Circa premissa cõsidera q; ex Aui.possz argui q; spũs est aiatus:q: vocat illũ sentiẽs. Nec valet dicere q; sentit organice.s.delatiue.Et arguatur sic: nullũ mediuz in visione recipiens intẽtionaliter existẽs inaiatuz ꝓmutatiõez localem est cã mutationis t oppositionis siue proportiõis:sed spũs est inaiatus t recipit intẽtionaliter:ergo nõ esset cã per sui motuz:q; ꝓportio mutetur. ¶Maior est nota:q: aer motus esset cã q; hoi appareret res localiter mota. ¶Minor est nota.Dixit aũt recipiẽs intẽtionaliter pp quedã sensibilia que currũt in medio cũ motib[9] realibus ãnexis:vt odor t sonus: t iõ ad motũ aeris fit mutatio in iudicio.Sequtr ꝯ ꝓclusio que est falsa:ergo aliqua premissaꝝ nõ maior:ergo minor q̃ dicit q; spũs recipit vt mediũ inaiatuz. Ista ratio lz sit difficilis posset solui dicẽdo q; est diuersa receptio spũs t aeris:t hoc in duobus.Primo qa spũs est aiatus t recipit:lz aiatus:non tñ cognitiue:exẽpluz memorialis seruatiua recipit:t tenet sicut appet in pte posterioris cerebri:t tñ est pars aiata:t nó recipit nec tenet cognitiue.Scõo differt:qa spũs hz aliquã retẽtionez t imprimit suã speciez in partez aliã cognoscitiuã que ps est aiata formaliter:spũs ergo retinẽs spẽz imprimit eã in partez:q̃ cognoscit cũ suis diuersis ptibus motiue siue mobiliter:t iõ iudicatur moueri:t eadẽ iudicak bis:t tñ si qescet spũs iudicaref semel.Exẽpluz in visiõe p mediũ aque:q: aqua mota repꝛesentat vnaz rẽ bis t motaz.Lõsiderandũ etiã q; appet solutio problematis.s.pp qd nauigantibus fit vomitus. Possent.n.multe cãe assignari.Una est cõmotio facta in humoribus:vt qdaz dicunt.Alia est: qa eis motis appet mundus moueri:t sic incurrũt in quãdam vertiginem: t sic stomachus p compassionẽ ad cerebruz prouocatur ad vomitũ.

e ¶Et hec qdez tc.]¶Hic ponit ꝑtem cãm vertiginis.t primo facit hoc. scõo declarat siue ꝓbat dicta.ibi fa[_Et ꝓpter hoc.] ¶Lõsiderandus q; hec vertigo differt a precedenti:qa ista fit ex hoc q; iõ figit intuitum ad rẽ que voluitur.Ex.g.ad rotã molendini:sed predicta fit: qa hõ vertit se in gyrum:t ideo dixit.Et hec.s.vertigo que fit cũ sensatũ mouetur.

f ¶Et pp hoc.]¶Prio probat q; forma sensati figi põt in spiritu siue in organo postq̃z recessit sensatũ.Scõo ꝺclarat quãto tpe ꝓdurat.ibi fa[_Deinde firmat.] ¶Prio arguit sic:oẽs opationes sensibiles fiunt cũ instrumẽtis corpalibus patiẽtibus.s.figillabilibus t ipressibilibus:de qui-

contingit qñq; iacẽdo quãdoq; stando sepe dormiẽdo interdũ vigilando. Quarta est qñ vertigo fortis lz epilentie sit multum similis : non tamen cum spasmo vniuersali accidit sicut epilentia que semper cuz spasmo est.

Et hec quidem. ¶In hac.ij.parte.ix.causas vertiginis assignat.Prima in principio huius partis.

Scõaz:ibi[_Et hec quidẽ vertigo qñq;.]Tertiã ibi[_Et quãtũcũq; fuerit.]Quartã:ibi[_Et qñq; qdẽ.]Quintã:ibi[_Et qñq; fit nó pp.]Sextã: ibi[_Et qñq; fit ex motore.]Septimam : ibi[_Et qñq; fit ex vaporibus.] Octauaz:ibi[_Et multotiens fit.]Nonam:ibi[_Et qñq; fit vertigo.] ¶In.i.pticula primo ait q; vtigo interdũ supuenit hoi qñ festine seipm reuoluit circulari motu.Maz tunc reuoluunk vapores t spũs in ipso contẽti sicut reuoluik aliquo tpe vas aliqd continẽs sup aquã posituz que fluctuanꝭ exũdat.Et hoc sepe appet in ludo pueroꝝ quo se circũuoluunt cũ festinatione qui ꝟtigine acti cadere cogunk.Cuius cã hic datur: q: cum spũs aiales cerebri cito reuoluunt hõ imaginak q; res reuoluank que sibi circũstant vel supponunk vndet timet cadere.Mã redit i idẽ t equale vꝟ quoad iudiciuz sensus cõis:siue ꝓportio partiũ spũs ad ptes mundi ꝓtinẽtis ipsuz diuersificetur ex pte spũs q; reuoluik siue ꝓportio hec ptiuz spũs diuersificet ex pte mũdi vel rei sensate q̃ reuoluik:cũ sensibilitas.i. sensatio fiat p eas.s.p ptes sensitiui spũs dextras t finistras t ãteriores t posteriores t supiores t inferiores q̃ sic ꝓmutank motis spiritibus sicut ꝓmutank motus sensibilib[9] seu reuolutis.Et sunt reuolutiões ptiũ spũs vꝟ res sensibilis q̃ sunt pp oppositionẽ de dextro ad finistrũ: t de supiori ad inferius t de ante ad retro.Mã cũ sentiẽs mouek.s.spũs q; est instrm sensitiue ꝟtutis ꝓmutank opposita sic q; dextre spũs ptes finistrank t posteriores anteriorank:sicut cũ mouek sensatuz exterius motu circulari ps ei[9] anterior fit posterior t dextra finistra. Et inde est q; hõ q; mouek in naui vidẽ vꝟ domos t arbores quas videt moueri pp motionem sensitiui spiritus. ¶Et hec quidẽ tc. ¶In.ij.ꝑmo ait q; vtigo ẽt q̃ꝫ ꝓtingit pp ꝓsideratione ad res q̃ reuoluunk sicut ad rotas vel molẽdini alas velocit motas ita vt infigat forma illa sensata circularis motus in aia videtis. Et iõ medici phibẽt dispositis ad ꝟtiginẽ t epilẽticis ne res intueank velocit rotatas:q: sepe p hoc vtiginẽ incurrũt vel epilẽtiã:sicut qdã incurrũt stridoreꝫ vtiũ audito stridore serre:t qdã hiatũ visso alio hiãte.Scõo dic q; q: aie infigit forma illa sensata a sensibili extrinseco:pp lz dꝰ q; oẽs opatiões sensitiue dependẽt ex instrꝭ corporeis patiẽtibus vt visus ex oculis t innato calore t spiritib[9] ꝓprijs t sensus cõis ex ꝓprio organo[_qđ est anterior cerebri vẽtriculus_]t innato calore:t suis spiritib[9]:t sic de aliis.Tertio dic q; dignius hoꝝ instrꝰ est sensibilis spũs.Ipse nãq; est q; recipit i se formas sensatoꝝ sine mãjis:t illas defert ad organa ꝟtutũ sub decẽti ordie t suo

bus est spiritus: ergo post separationez sensati remanet forma sensati cuz sensatū est forte: antecedēs ⁊ ꝓsequens ponit in littera: ꝓsequentia est nota: q: corpus sigillabile impressibile qđ est spūs: cuz nō sit elementū: sed mixtū potest tenere formā impressaz virtute alicuius ficci in eo existētis: ⁊ ꝓprie si imprimēs fortiter sigillauit: q: fuerit forte in imprimēdo. Hoc aūt qđ imprimitur est forma similis: q: quedā similitudo sensati. Cōsiderandū q opationes sensitiue cū sint materiales: ⁊ sint in patiendo opz q pēdeant ab instrumento corporali ⁊ patiēte. Dignius ē spūs sensibilis. s. q̄z vitalis vel naturalis: vel saltem q̄z naturalis: nō tamē est dignius: q̄z instrumentum qđ est formaliter animatuz.

a ¶Deinde firmat forma ⁊c. ¶Hic dicit q forma sensati stat: ⁊ recedit ꝼm q instrumētuz recipit: ⁊ ꝼm q agens imꝓssit: ⁊ hoc est qđ dicit cum quātitate receptionis. i. ꝼm q instrumentū recipit: q: si est spūs humidus citissime figurabilis: ⁊ agens debile cito recedit: sed si ibi est spiritus siccus ⁊ imprimēs forte diu durat. Eius vero expositio. s. oiuz dictorum ꝓtinetur in scientia naturali. s. vi. de nālib⁹.

b ¶Et quātumcūq. ¶Hic applicat impressiones victaꝝ causaꝝ ad quedaz corpora: ⁊ dicit q iste passiões. s. a duab⁹ causis dictis erūt fortiores quāto corpus fuerit debilius: quia aptius erit ad patiendum: sicut in egris actu vel patientibus tam ex longa egritudine.

c ¶Egritudo eni ⁊c. i. egritudo quādoq; elongatur tm̄ q homo debilitatur: ⁊ pualescēs ab ea ex q̄libet leui causa de ꝓdictis incurrit vtiginē. ¶Vel egritudo eniz ⁊c. ¶ideſt quādoq; egritudo in hoc. i. in hac vertigine ꝓsequitur elongatiõez. i. longo tpe durat: sicut debilitas ꝓssa ab egritudine durat: ita vt appareat eis semp. s. debilitatis ab egritudine q reuoluantur ⁊c. i. q res videantur voluī: ⁊ sic appet eis vertigo cū paruo motu ipsoꝝ. s. coruz vel rerum mūdi: non. n. indigent in motu. i. cum ipsi volūt moueri ⁊ excitari. Vel aliter moueri vt iniungatur. s. ꝓcipiatur eis quatinus ⁊c. Vel vt iungaī eis. s. vertigo: q: ex parua causa iungitur eis vtigo. Mā spūi accidit nocumētuz. s. resolutiõis ⁊ paucitatis passio. s. ex aliqua imꝓportiõe: cōmotio qa agitatio a qualibz re: quāuis fit parua. Laderet aūt hic dubitatio: vtruz forma rei mote possit figurari vel figi in spiritu quiescente: sed eēt sermo valde extra ꝓpositum.

d ¶Et quādoq;. ¶Hic ponit alias cās. s. corporeas cōplens ꝼmonez in causis ꝓmittuis. Et ꝓio ponit cās vaporales ⁊ humorales. Scdo cōplexiõales. Tertio cōplet sermonē in causis extrinsecis. ibi Fa ⌊Et q̄nq;

tate. Cū ergo mouētur vapores illi mouent suo motu spūm animalez qui nō digeritur ⁊ rectificatur nisi in venis illis. Deinde requiescit in substātia cerebri: postea dispergitur i neruis ad corpus. Aut ꝓpter multitudinez vaporū iam retentorū in ipso ascendentiū ad ipsuz ex locis alijs: deinde quiescētiuz i ipso ⁊ remanētiuz in ipso ab egritudine acuta antecedente: aut egritudine frigida: ⁊ erunt ventositates inflatiue quas mouebit virtus digestiua ⁊ resolutiua.

¶Et quādoq; fit nō ꝓpter motū vaporum in cerebro: sed ꝓpter maliciaz complexionis diuerse in ipso: ex qua cōsegtur excitatio motus agitabilis in spiritu nō cuz motore corporeo ꝓmiscente ipsuz ex vapore: aut alio sicut accidit illud ex motu diuerso ꝓueniente ex aqua ⁊ igne cū aggregantur. ¶Et q̄nq; fit ex motore spūs exterius sicut percussore capitis ⁊ fractore cranei: ita vt comꝓimant cerebrū ⁊ spiritum quietum: ⁊ ꝓsequantur i ꝓsuz motus diuersi circula

fuit motus ad dicendū. ⌊Cū ergo ⁊c ¶Ut declaret: quare dixit istaz ventositatem cōtineri in vacuitatibus cerebri ⁊ venis in ipso: q: ibi ꝓtinet hec ventositas: vel illic peruenit vbi spūs ꝓtinetur: sed spiritus ꝓtinetur in venis ⁊c. Iste tex. fuit expositus supra hac scdā. ca. Omnis generis. s. calidis vl frigidis. Erūt ventositates ⁊ iste ascendētes caput inflatiue: q: satis grosse surgētes ab humoribus corruptis in febre acuta vel egritudine frigida: quas mouebit virtus digestiua: cui fit materie ꝓ digestio. i. resolutiua. i. expulsiua: vel. i. calor agens ad resolutionem.

e ¶Et quādoq;. ¶Cōsiderādū q sicut in igne agente in aqua: fit in aq̄ motus diuersus agitabilis siue agitatiuus: ita ex aliqua mala complexiõe existēte in spiritu pōt fieri malus motus: q: naturalis cōplexio spūs mouet ꝼm vnuz modū: ⁊ cōplexio inaturalis mouet ꝼm aliuz. Et hoc est qđ dicit: ꝓpter maliciā complexiõis ex qua ꝓsequitur excitatio motus agitabilis. i. cū agitatione: q: hinc inde agitatur: ⁊ non curat Aui. an aque calefactio fit p qualitatē: vt multi sentiūt an fit p corpora ignea mixta aque: vt Auer. credit. ij. de aia: cōmento. cxv. ¶Consideranduz ēt q ex mente Aui. aliqđ corpus pōt moueri p qualitatez in eo existentez nō differentē ꝼm locū: sed ꝼm esse nec hoc dissonat ab Aristo. in qnto eni de gene. ai aliuz. c. de pilatura ponit q ideo ꝓlus fit crispus: q: terreuz mouet inferius: sed calidū superius. ¶Sed tu. d. quare dixit diuerse. Dicendum diuerse. s. a naturali: vel diuerse. i. existentis in fieri: ⁊ tūc motor erit agens a quo pēdet illa qualitas: ⁊ q: tūc diuerse partes diuersimode mouentur: ⁊ ideo appet magis motus agitabilis.

f ¶Et q̄nq; fit ⁊c. ¶Hic complet haruz causaꝝ assignatiõez: ⁊ primo ponit quādam cām extrinsecā. scdo intrinsecam. tertio declarat quidđ. ibi Fa⌊ Et quandoq; fit ⌊ibi tertia⌊ Vapores. ¶Qđ primo dicit ꝑz. Cū ille tex. aut casu verberatiõis ⁊c. pōt dupliciter exponi. Primo q refertur ad aquā: aqua. n. pōt percuti re graui ꝓiecta: vt lapide: ⁊ quātū ad hoc dixit ꝓcussione graui super eaz: ⁊ pōt percuti aliquo fuste vel baculo: ⁊ quantū ad hoc dixit: verberatiõis supra dorsum ipsius. s. aque. Alio mō

potest

ca. Mā ex omni humore q illic euaporat vertigo fieri pōt. Et hanc tāgit ibi⌊ Aut ex humoribus oīs ⁊c. ¶Quarto declarat qūo vapores q cōtinētur in arterijs cerebri ⁊ venis ipsius nō pulsatilibus inducūt vertiginez: dicens q cū illi vapores mouentur diuersis motibus quasi circularibus mouent suis motibus aiales spirittibus: q nō digeruntur ⁊ rectificātur seu depurantur nisi in illis venis: deinde requiescunt in substantia medullari cerebri: post dispergunt̄ in neruis ferentibus ipsos ad corpus. s. ad musculos gra motus ⁊ ad organa sensuum. Quinto inuit hanc diuisionez cārū vertiginis q̄ duduz misse sunt cerebro ab alijs. Qđ quedā huic misse sunt ab aliqua acuta precedēte egritudine vt ab herisipila vel febre cholerica sub forma vaporuz latoruz ad cerebrū qui diu quieuerunt ⁊ iniacuerunt ptibus cerebri. Alie misse sunt ab egritudine aliq̄ frida sicut ab yliaca vel a cholica: ⁊ sunt ventositates inflatiue grosse: quas olim cōmouit digestiua virtus ⁊ resolutiua cum debili calore in phlegma operante.

¶ In hac parte decima primo agit de ſignis epilentie mirachie generalibus. Secundo de ſignis epilentie mirachie ex cholericis vaporibus: ibi [Ex illa itaq⁹ eſt] Tertio de eius ſignis ex melancholicis vaporibus: ibi [Et ex illa eſt cuius.] Silet autem de melancholia mirachia ex phlegmaticis vaporibus: vel quia non fit: vel quia raro fit: vel quia ſimilia ſint ipſius ſigna ſignis epilentie ſtomathice ex phlegmate: ⁊ ſub his comprehenduntur.

¶ In prima particula dat. vj. ſigna epilentie mirachie. Primum eſt ructus acidus ideſt eructuatio acetoſa dicta grece oxiremia ꝓpter cōuerſionem ciborum ad acetoſitatez in ſtomacho ex diminutione digeſtionis ꝓpter compaſſionem ipſius cum mirach ſicut in arboribus fiunt acidi fructus ex diminutione digeſtionis. Secundum eſt inflatio ventris a vētoſitatibus ⁊ vaporibus inter mirach ⁊ ſiphac clauſis ⁊ retentis ex debilitate caloris innati non ſufficientis ipſos reſoluere ⁊ diminutione digeſtionis. Tertium eſt rugitus faciens dolorem tarde quieſcentē ex ventoſitatibus groſſis que mouentur in ſtomacho ⁊ inteſtinis ⁊ in vacuitatibus ventris ſonitum facientes vt in tympanite. Quartum eſt inflammatio in mirach vel cauſa doloris vel cauſa putredinis ab oppilatione vel cauſa cholere vel melancholie ardentis ⁊ aduſte illic coartate. Quintu⁹ eſt q⁹ dolor inter duas ſpatulas quandoq⁹ excitatur in hac epilentia poſt aſſumptionem cibi ly paucus fuerit: vel quia ab hoc cibo ſubleuantur illuc groſſe ventoſitates: vel quia ſtomachus eſt ibi alligatus: et per eius medium mirach cōmunicat huic loco vapores aut ventoſitates: vel quonia mirach tēſum ⁊ inflatum trahit illas partes. Et dolor illatus ibi nō quieſcit: niſi quando in ſtomacho cibus digeſtus eſt. Et redit iterum dolor in loco illo poſt aſſumptionem alterius cibi. Et ſuper hoc ſigno notat hic princeps q⁹ quando iſte dolor inter duas ſpatulas epilentico accidit ſtomacho vacuo a cibis ⁊ potibus non accidit niſi conſtipato ventre cuius conſtipatio nominatur hic duricies nature per quam prohibētur groſſe ventoſitates inferius tendere quare ſurſum tendunt atq⁹ regurgitant ⁊ dolere faciunt locum inter ſpatulas. Et ceſſat iſ dolor ⁊ deſtruitur lenitate nature ſeu fluxu vētris ⁊ precipue ſi in mirach inueniuntur tremor ⁊ extenſio ad ſuperiora ꝓpter ventoſitates ſuperius repentes: nam fluxus ventris prebet eis viam ad inferiora. Poſſent autem dicta notabilis huius ad epilētiam hanc taliter referri. Cum vero accidit epilentia mirachia ſm vacuitatem non accidit niſi cum duricie nature. Et deſtruitur hec epilentia vel alleuiatur lenitate nature. Sextum eſt q⁹ vomitus indigeſti cibi accidit patientibus hanc epilētiam ꝓpter reuerſionem cibi ipſoꝝ corrupti ad ſtomachu⁹ qui per meſeraicas tranſire nō potuit ob oppilationes viarum ſuarum ſicut prenotatū eſt in parte quarta capituli priozis. §. illo. Illa autem que fit ex mirach ⁊ ex ſtomacho: ⁊ ꝓpter nauſeatiuam ſacietatē facit poſſidere oppilationes in venis: quare ipſe nutrimentum laudabile non ſuſcipiunt. Et corrumpitur in eis humor aut remanet in ipſis nutrimentum laudabile coartatum ꝓpter oppilationes quare corrumpitur. Et multotiens redit ad ſtomachum corruptum ⁊ corrumpit cibum laudabilem. Et multotiens accidit ꝓpter reuerſionem illius corrupti ad ſtomachu⁹ vomitus cibi indigeſti: ⁊ hoc intendit hic.

¶ Ex illa itaq⁹ ꝛc.] ¶ In ſecūda premittit q⁹ ex epilentijs mirachijs eſt vna cuius vapor epilētiam faciēs eſt cholericus. Deinde ſubiungit duo ipſius ſigna. Primum eſt inflāmatio capitis contingens ex corpore: ſcil⁹ ex mirach aſcendens ad cerebrum per medium vaporum vel fumorum cholericorum. Secundum eſt alienatio mentis ſeu permixtio rationis qua patiens declinat ad rixas ⁊ diſceptationes ⁊ ad inquiſitiones vt intelligat aliquid ꝓpter ſpirituu⁹ cogitatiuoru⁹ agitationes ex furia vapoꝝ cholericorum his compermixtorum.

¶ Et ex illa eſt ꝛc.] ¶ In. iij. premittit q⁹ ex epilētijs mirachijs vna eſt cuius vapor epilentiā faciens eſt melancholicus. Poſtea ſubiūgit ſeptē ipſius ſigna. Primu⁹ eſt rami melancholie puta corruptiones cogitationum ſm vices eleuationu⁹ vapoꝝ melancholicoꝝ a mirach ad cerebru⁹ ꝓturbantiu⁹ ſpūs cogitationis ei efficientium ipſos filueſtres. Scōm eſt timor ſine cauſa vt in melancholia ꝓpter tenebras ⁊ obſcuritates in interioribus cerebri partibus ⁊ priuationem ſpirituu⁹ ſuoꝝ a ſuo lumine.

De partibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Considerandum q̄ omnis epilepsia mirachia a materia melancholica est cum passione aliqua siue specie melancholie: q̄ vapor ille necessario turbidat spūs: ⁊ facit eos siluestres: non ñ ois melācholia mirachia est cum epilepsia: q̄ possunt spūs ab illis vaporibus turbidari: q̄uis cerebro non adueniat motus spasmosus ꝓtractiuus. s. epilēticus. ¶ Dubi tat quare nō posuit signa eius; cuius causa est vapor phlegmaticus. Dicendū q̄ forsan vt plurimum vapores almirach sunt melācholici vel cholerici. Uel dicendum q̄ dedit intelligi ex signis cōm unibus.

a ¶ Illā vo ⁊c.] Hic ponit signa epilepsie: cuius causa est cum epatis cōmunitate: ⁊ q̄ epar ē p̄ncipiuz nutrimēti in toto: ⁊ toti disponit: ideō ponit signa epilepsie cuius causa est ex toto corpore Et supra itellexit de epilepsia ab epate: q̄n locutus est de epilepsia a toto: ⁊ p̄mo facit hoc: in generali magis siue in ꝓfusio: sco in speciali: ibi sēda [Si aūt] Sermo p̄mus Aui. est valde ꝓfusus: qa vult q̄ scias signa dominij humoꝝ ex p̄mo libro fen ſa: ⁊ signa cōplexionum epatis materialiuz ex fen. xiiij. ¶ Notandū ergo q̄ epar pōt multipliare choleram adustam vel melancholiam vnde ꝓsurgit epilepsia: ⁊ tunc color est niger ⁊ capilli. s. ⁊ pili nigri ⁊ cutis arida nigra: ⁊ hoc est qd̄ dicit: color ⁊ capilli ⁊c. pōt etiam multiplicare sanguinem phlegmaticuz: vnde puenire poterit epilepsia: ⁊ tūc est cutis laxitas siue mollicies ⁊ pinguedo: aut eius macies. s. si phlegma sit maluz ⁊ vt solus secum loquatur: ⁊ pauor tenebrosus propter tenebrositatez materiei: ⁊ accidit ex ea dilectio mortis: ⁊ odiuz ipsius. ⁊ timor ⁊ reliqua que in melancholia dicta sunt. ¶ Illā vo[a] cuius causa ⁊ principium sunt ex epate aut ex toto corpore significant color: ⁊ capilli: ⁊ siccitas cutis ⁊ arefactio eius cuz nigredine: aut ipsius laxitas ⁊ pinguedo aut eius macies: ⁊ roris multitudo vaporis sanguinis. Et significant[b] ipsam pulsus ⁊ vrina: ⁊ dispositio ciboꝝ precedentiū ⁊ regiminis preteriti: ⁊ significāt ipsam retentio huius quod euacuaī ex stomacho ⁊ matrice ⁊ venis ⁊ reliqs. ¶ Si autem est sanguinea tendēs ad adustionem vides rubedinem coloris: ⁊ inundationem vene: et risum apud casum.

¶ Si autem[c] fuerit cholerica aut phlegmatica aut melācholica cognosces eā per signa eius predicta. ¶ Illa vero[d] cuius causa est matrix proculdubio est cum retentione menstruorum: aut spermatis aut humiditatum effusaꝝ ad matricem: quam quidez precedūt dolor in pectine ⁊ in vtriſq; inguinibus ⁊ partibus dorsi ⁊ grauitas in matrice. ¶ Illa vero cuius causa est splen cognoscīt qm̄ egritudo est melancholica: ⁊ sentit dolor in latere splenis: ⁊ est cuz ea inflatio splenis ⁊ duricies eius cuz rugitu in latere ipsius ⁊ cum cōmunitate corpis ad ipsum ſm plurimū. ¶ Eius vo que est ex materia venenosa elevata ab aliquo membroꝝ mediantibus neruis: pīcipiuz aut est extrinsecuz: ⁊ signa illius sunt manifesta sicut pūctura scorpionis aut rutele aut vespe cuz aliqd horꝝ accidit neruis. Aut ītrinsecū ⁊ sentit q̄ elevaī vapor ex eo ad caput quo obtenebrat visuz: ⁊ tūc cadit ipsuz patiēs. valde. Et multitudo vaporis sanguinis. s. si in toto sanguis abūdat: quia apparet multa euaporatio vapoꝝ humidoruz.

b ¶ Et significāt ipsaz epilepsiam epaticaz ſm diuersitatē materierū. Pulsus q̄ alius ⁊ alius pulsus aliam ⁊ aliā abundantiā humoꝝ significat: ⁊ similiter vrina. Et dispositio ciboꝝ ⁊c. p̄z. Et retentio eius. v. g. aliquis cōsuevit habere euacuationē aliquam: que restricta est: ⁊ mediante epate materia replet venas: vñ sequīt epilepsia.

c ¶ Si autē ⁊c.] Hic i speciali ponit signa epilepsie ab epate ⁊ a toto: ⁊ p̄mo qñ materia est sanguinea: ſo qñ est cholerica phlegmatica vel melācholica: ibi ſa [Illa vo] ¶ Considerandū primo dixit adustionem: q̄ hic sanguis est magis aptus euaporare ad caput. Et fundationē ⁊c. i. pulsum vndosum: tñ esset magis vndosus: si sanguis non esset adustus. Risuz apō casum. s. in paroxismū: causa appet ex victis in ca. de melancholia. Si autem ⁊c. p signa p̄dicta. s. de signis dominij humoruz Fen. ij. p̄mi lib. vel p̄ dicta in hoc eodem cap.

d ¶ Illa vo cui[a] ⁊c.] ¶ Ponit signa epilepsie a matrice. Humiditatuz effusaruz. s. aliaruz a sperm ate ⁊ sanguie mēstruo periodico. A matricibus enim quarūdaz mulier cūank alie multe: ⁊ male humiditates. ¶ Illa vo cuius causa est splen. p̄z. Dixit aūt cuz cōitate ⁊c. q̄ splen ificit corpus. v. g. vsus nigr. Dixit ſz plurimū: q̄ possibile est esse paucā melācoliā: ⁊ q̄si totā moueri ad caput: vñ reliquū corpus nō inficīt. Eius aūt: p̄z: qd̄ dic.

Jacobus

¶ Tertium est q̄ is epilenticus solus secuz loquitur vt secuz disceptanz ⁊ a semet dissidens ꝓpter corruptiones estimationum sibi occurrentiuz. ¶ Quartuz est pauor tenebrosus sic q̄ hac detentus pauet ⁊ terretur in locis ⁊ horis tetris tenebrosis ⁊ aspectibus rerum obscuraruz ⁊ tenebrosarum sicut atri canis vel profundi abyssi ꝓpter tenebrositatem materiei s. vapoꝝ melancholicoꝝ cerebrum replentium: vnde occurrunt simul tenebre turbantes cogitationes abintra ⁊ abextra. ¶ Quintum est optare seu diligere mortem propter vite tediuz ⁊ desperationez de bonis successibus conturbatis pariter spiritibus cerebri ⁊ spiritibus cordis simul cū sanguine qui spem boni ingerunt. ¶ Sextum est odium ipsius. i. suimet sic q̄ hac detentus epilentia non alios homines soluz odio hz: ⁊ abhorret eoꝝ ꝓuersationes: sed etiam seipsuz. Quod ex hoc cognoscīt: q̄ machinatur ad eius interitum vel suspēsio sui vel submersione vel precipitatione vel confessione ex aliquo acuto. ¶ Septimuz est repetitio secundi. s. timoris cum additiōe reliquoꝝ signoꝝ melancholie mirachie p̄memoratoꝝ ca. xix. quarti trac. huius fen in pte illa. vi. Signa vo mirachie sunt grauitas i mirach: ⁊ attractio ad supiora: ⁊ nausea iseparabilis ⁊c.

Illam vero cuius.

¶ In hac nona parte primo agit de signis epatice epilentie vel totius trunci corporis in generali. Secundo de signis talis epilentie ex sanguine: ibi [Si autez est sanguinea] Tertio cholerice phlegmatice ⁊ melancholice: ibi [Si autem fuerit.]

¶ In. i. pti. dat. x. signa epilētie epatice vel totius trūci corporis cui causa in venis latens ⁊ ad caput effumans epilentiā generat: q̄ nulli mēbro attribuīt. Primū ē color totius corporis qui cōiter sequīt dispositiones epatis ⁊ venaꝝ. Et si rubeus fuerit significat epilētiā hanc esse sanguineaz: si albus phlegmaticā: si citrin⁹ cholericā: si fuscus vel niger melācholicam: si cōpositus ex his compositā. Secōm est capilli qui si nigri ⁊ grossi ⁊ multi fuerint significant vel dant coniecturam q̄ epilentia est ex humore adusto. Si nigri pauci q̄ est ex melancholia naturali. Si rubei aut ruffi bruni q̄ est ex sanguine. Si vo subalbidi q̄ est ex phlegmate. Tertiū quartuz quintuz ⁊ sextuz sumuntur a dispositione cutis que si ficca fuerit arefacta ⁊ nigra significat q̄ epilentia hec fit a melancholia: vt inuit tertium signuz. Si lata vel mollis ⁊ pinguis fuerit significat ipsam de phlegmate fieri sicut innuit quartum. Sed si macra ⁊ ficca est cum citrinitate significat q̄ fit ex cholera citrina sicut innuit quintuz. Et si est multuz rozida sanguineo vapore significat epilentiaz de sanguine fieri in epate aut venis fortiter alterato vt innuit sextuz. Septimuz est pulsus. Mā magnus ⁊ fortis sanguineam designat: gracilis velox frequens choleram: paruus siccus durus melancholiaz: mollis paruus debilis phlegmaticā ex his. Octauuz est vrina. Nam rubea grossa sanguineā designat: ignea cholericam: pallida phlegmaticam: fusca melancholicam. Nonuz est dispositio diete preterite in cibis ⁊ potibus ⁊ regimis in alijs. v. rebus nō naturalibus. Que si fuerint multiplicatiue sanguinis designant sanguineam: si cholere cholericaz: si phlegmatis phlegmaticaz: si melancholie melancholicam. Decimuz est retētio huius qd̄ euacuari solebat ex stomacho matrice venis ⁊ reliquis. Ut si de stomacho phlegma pervomitum eijci solebat vel ab intestinis per secessum fluere: nūc vo non fluit presumitur de ista epilētia q̄ est phlegmatica: si cholera q̄ est cholerica: si melancholia q̄ est melancholica: ⁊ si sanguis per emorroydas vel per menstrua vel per phlebotomias educi consueuit ⁊ nunc non educīt temporibus suis sicut solebat presumīt q̄ est sanguinea.

¶ Si autem est ⁊c.] ¶ In ſa dat tria signa epilentie epatice vel totius

Be partibus

Signa corporis proueniētis de sanguine tendēte quodāmodo ad adustionē vel putrefactionē. Primuz est rubedo manifeste apparens in superficie corpis ꝓpter sanguinis abundantiam. Secundū est inundatio venaꝝ seu plenitudo ꝓpter exuberantiam sanguinis in eis. Tertium est risus apud casuz sic q̄ egri facies: tūc similis videt faciei ridentis ꝓpter vapores sanguinis abunde tunc lati ad cerebrum.

¶ Si autem fuerit ⁊c.] ¶ In tertia sup signis epilētiaꝝ epaticaꝝ vel totius corpis cholerice phlegmatice ⁊ melancholice remittit nos ad hec que p̄dixit q̄nta ⁊ sexta ⁊ octaua ptibus ca. p̄ntis: hec ergo ibi quere.

Illa vero cuius causa.

¶ In hac. xij. pte dat tria signa: cuius causa est matrix vel a matrice ꝓpter materiā que corrupta in ipsa effumat ad cerebrum. Primuz est q̄ ipsa fit cuz retētione: ⁊ per retentionē alicuius rei que pus ꝓsuevit ab ea fluere: ⁊ p retētionē suoꝝ menstruoꝝ tpibus illis qbus vīt fluere videz ab āno. xv. vsq; ad. l. etatis ifirme. Uel p retentionē materie spmatis que non excutit p coitum a vasis seminalibus: ſz ꝓculcata in his ⁊ cōpressa putrefit vel corrūpit. Uel p retentionē humiditatum que effundi solebāt ad ꝓcauuz matricis ⁊ inde effluere: vel sub forma muscilaginū: vel sub forma amurce: vel sub forma virulentiaꝝ fetidaꝝ: vel mēstruoꝝ albor quasi sanioſoꝝ: his. n. retentis ⁊ putrefactis in ptibus matricis fit effumatio vel euaporatio q̄q; ad cerebr matricalē generāſ epilentiam. Secūz est q̄ dolor in pectine ⁊ vtriſq; inguinibus ⁊ ptibus dorsi cōiter precedunt hanc epilentiam ꝓpter humiditates male subē aut male qualitatis in marrice retentas quibus dolet matrix ⁊ ei ꝓdolent dorsum pecten inguina quibus alligaī ⁊ sustinetur. Tertium est grauitas sensata in matrice ꝓpter humiditates retentas in ea. Adde his signum quartuz: puta q̄ mulier horza paroxismi sentit eleuari de matrice ipsius aliquid ad cerebrum quod primo cor opprimit.

Illa vero

¶ In hac. xiij. dat quatuor signa epilētie splenetice. Primuz est q̄ epilētia hec ē melancholica ⁊ ipsaz associant signa melancholice sicut tristicia ⁊ timor sine causa ⁊ cogitationes extranee corrupte. Secūz est q̄ dolor sentīt in latere splenis. s. in sinistro hypocōdrio ꝓpter malū humorē in coretentuz. Tertiuz est q̄ in epilētia hac est inflatio splenis cū duricie eius ex melancholia ibi sclirotizata vel cū rugitibus in latere splenis ex vētositatibus que melācholiā de more associāt. Quartuz est q̄ hec epilētia ſm plimuz est cū cōitate corpis ad splenē sic q̄ in ea malicia splenis ⁊ humoꝝ ipsius toti nocet corpi: q̄ vū nō bñ splen sanguinē emūdat a melācholia cū sanguine pmixta trāsit p venas ad singula mēbra plus q̄ ꝓueniat. Adde his 5^m signū q̄ a latē splenis sentit eger aliqd eleuari ad caput hora paroxismi.

Eius vero que.

¶ In hac. xiiij. pte p̄mo inuit hāc diuisionem q̄ epilentiaꝝ precedentiuz ex mā venenosa eleuata ad caput ab aliquo mēbroꝝ mediantibus neruis quedā est cuius causa est extrinseca seu p̄ncipiū extrinsecū: sicut pūctura scorpionis aut rutele aut vespe cadēs sup aliquē neruum vel mēbr neruosum. Alia est cuius causa est intrinseca seu p̄ncipiū intrinsecuz vt humor corruptus mala corruptione in pte aliqua corpis exteriori vel interiori. Secō dicit q̄ illius signa cuius p̄ncipiū est extrinsecum manifesta sunt vt punctura aut morsus alicuius animaliuz venenosoꝝ sup neruuz incidens vel mēbrum neruosum cum dolore forti vel venenū aliud de p̄niciosis mineralibus. Tertio dicit q̄ illa signa cuius p̄ncipiū intrinsecū sunt q̄ eger sentit paroxismo instante eleuari vapor ille ab aliquo mēbroꝝ ad ptes capitis. Et cum vapor iste puenerit ad ipsum obtenebrat visuz: ⁊ tūc cadit ipsuz patiēs.

Quarto

a ¶Signa cursus saliue.s.in nocte ⁊ siccitas labioꝝ in die:vt.A.ponit fen.xvi.trac.iij.ca.de signis vermium. Et casus.i.exitus vermium.s.lon gꝰ ⁊ ascaridum.i. cucurbitinorum ⁊c.

¶De causis mouentibus epilepsiam. Ca.ix.

p **Ermutatio.** ¶Hic vt supra pmisit determinat de causis mouentibus epilepsiam.i.gene rantibus eam vel vetegẽtibus. Et pmo de causis sumptis ex parte dispositionum aeris:Fo ex cibis ⁊ potibus ⁊ somno ⁊ vigilia:tertio de causis sumptis ex accidentibus anime ⁊ motibus corporis quarto ponit quasdã medicinas mouẽtes epilepsiã:⁊ remittit nos ad pmum libꝝ:ibi scda. Et assumptio eius ibi tertia. Et passiões ibi.iij. Medicinas. Primus textũ quidam sic exponunt:permutatio.s.subita ad aerẽ s.quẽcũq; iuuat ad epilepsiaz.s. causandam:quia subita mutatio debilitat: ⁊ terret virtutez. Alij sic permutatio ad aerez.s.calidum ⁊ siccum est iuuas ad epilepsiam.s.curandã Alij sic pmutatio ad aerem.s.frigidum ⁊ humidum est iuuans ad epilepsiam scilicet causandaz. Secundum textum sic exponunt.

b ¶Sicut quedã cause remouentes pmutationez ad aerem.i.quãuis non permutent aerem:sed stent in eo in quo facti fuerunt epilentici:confert ei.s.epilepsie:ad hoc ꝙ ipsa reuertatur in suis paroxismis. Alij sic exponunt sicut quedam cause ⁊c.i.quedam non pmutatio aeris:confert.i. iuuat ei epilentico.v.g.non pmutari ad aerem frigidũ ⁊ humidũ. Alias sic exposui. ¶Propter qd sciendũ ꝙ epilentici querũt mutare ciuitatez ⁊ domum siue locum:in quo habitant ꝓpter tram furiam tristiciam ⁊ clamores:que creditur esse in loco in quo sunt:⁊ ꝓpter illud euenire. Remouere igit istas causas que inducũt aiam eius ad pmutandũ aerem confert ei.s.epilentico. Et sup.mouet epilepsiam ois calor supfluus:qz debilitat cerebꝝ:⁊ mouet materias:⁊ omne frigus:qz etiaz debilitat. Et coitus plurimus:quia tempatus forsan non nocet. Epilepsiaz eleuat.i.eue nire facit multitudo pluuiaꝝ:quia humectat. Vẽti ⁊c.simul.i.in propinquo tpe:qz precesserit australis ⁊ sequat septẽtrionalis. Vel simul.i.vter qz:qz vterq; istoꝝ ventoꝝ facit epilepsiaz. Et ꝓbat:statim subtiliant.i.eli quant ⁊ ꝙuertunt etiam in vapores:quos non resoluunt:vt appet ex vir tute apho.⁊ cõmenti.vi.tertia pticula:Austrini status ⁊c. Excitat in hyeme ꝓpter humiditates ⁊ phibitionem resolutionis:ꝓprie in corporibus debilibus:qz corpa fortia melius hñt in hyeme:vt i pmen.aph.xv.pme pti. Uentres hyeme ⁊c. Corpa autem ad epilepsiaz parata fm plurimũ debilia sunt. Et autũno ꝓpter corruptionẽ.s.humoꝝ:qz autũnus simulatur morbo de corruptione:vt in pmen.aph.xvij. pme pticule. Et qbus semel aut bis:ergo epilepsia autũnalis erit maxie ex corruptione humorũ proueniens. Et minoratur in regionibus septẽtrionalibus. Cõtra quia statim dixit ꝙ fit ex vento septẽtrionali. Itez dixit ꝙ epilepsia excitat in septẽtrione. Dicenduz ꝙ habitantes in regione septẽtrionali sunt bone digestionis:⁊ fortes in virtutibꝰ:⁊ iõ epilepsia nõ multiplicat in eis: nisi a magna causa:tũ ventus septẽtrionalis veniẽs ad alias regiones causat epilepsiam:⁊ ideo exponat sic:excitatur in septẽtrione.i.in constitutione septẽtrionali:vel in vento septẽtrionali. Aliter posset dici:ꝙ regio septẽtrionalis ⁊ vẽtus septẽtrionalis possunt considerari tripliciter fm tres effectus:Uno modo quantum ad vigorationem:quaz faciunt circa digõnez:⁊ vt sic non faciũt euenire epilepsiam:imo illam phibent. Alio modo quantũ ad exiccationez: qz ventus septẽtrionalis est siccus:⁊ sic etiam phibet eaz:qz ꝓsumit materias:vnde corpora ꝓstituit fortiora:⁊ bene mobilia:vt tertia pti.aph. illo aph.xviij. Quotidiane vo. Tertio modo quantũ ad phibitionem resolutionis:⁊ vt sic facit epilepsiam:⁊ ideo etiam facit eaz sicut hyeme.s. phibendo resolutionem:qz hyems fortificando digestionem: phibet resolutionem. Quod aũt istoꝝ obtineat est fm corpoꝝ aptitudinem diuersam:⁊ odores ⁊c.mouet eos.s.humores in epilepticis.

c ¶Speculatio ⁊c. Quia mouet spũs in cerebro:vnde faciunt vertiginem:vt supra ca.de vertigine ⁊c. Balneum ⁊c.quia mouet materias crudas:⁊ est causa indigestionis. Effusio aque calide super caput.s.ante digestionem cibi.

Jacobus

Quarto dicit ꝙ membra illa a quibus eleuatur talis venenosus vapoꝝ ad cerebrum vel vẽtus aut fumus qñq; de membris extrinsecis sunt:vt pedes:aut manus:pecten:vel dorsum:⁊ qñq; de membris intrinsecis vt stomachus matrix vel diafragma.

Signa vero. ¶In hac.xv.parte dat duo signa epilẽtie que fit a vermibus reddentibus cerebro venenosos vapores de quibus dicit tertij.xvi.tract.v.ca.ij. Et quandoq; generantur propter vermes ⁊ serpentes epilẽtia ⁊ cholica. Et iterum ibi ca. tertio de signis vermium ait. Et quando fiunt fortes egritudo ⁊ dolor cadunt etiam:aut spasmantur:aut contorquentur ac si ipsi essent epilentici. Primum signum est cursus saliue plurimus vel frequens ab ore. Juxta illud ꝓncipis ibi. Signa quidem cõmunia vermium sunt cursus saliue ⁊ humiditas labioꝝ in nocte:⁊ eoruz exiccatio in die:propterea ꝙ caliditas expandit in die ⁊ coartatur in nocte. Cum ergo spargitur caliditas attrahitur humiditas cum ea:quare vermes incurrunt famem:⁊ attrahunt a stomacho:quare exiccatur superficies cõtinua ei ex superficie oris ⁊ labij. Et adiuuat eum ad exiccandũ labium aer exterior:quare labor at infirmus in humectando labium suum cuz lingua sua:hec ille. Sz de nocte retrahuntur intus humiditates. Et iam phlegmatibus viscera humectata sunt quoꝝ multitudo via putrefactionis vermes generauit. Secundum signum est casus vel euentus vel cursus vermium et cursus ascaridum qui sunt vermes sepius in superioribus intestinis geniti:⁊ in infantibus:teste.B.aph.iij.cõmen.xxvij.illius canonis. Senioribus vero factis. Et talium vermium fuit magnus cursus:in anno presenti:propterea ꝙ annus preteritus fuit vehementer humidus multaruz pluuiarum. Et vidi plurimos vtriusq; sexus etate puerros:quorum aliqui ꝙ os alij per anum vermes proiecerunt longos ⁊ graciles.

¶De causis mouentibus epilentiam. Ca.ix.

p **Ermutatio.** ¶In hoc ca.primo agit de causis extrinsecus occurrentibus corpori mouentibus epilentiam. Secundo de rebus que per os assumpte mouent epilẽtiã:ibi Et assumptio eius Tertio de passionibus ⁊ operationibus aialibus mouentibus epilentiaz:ibi Et vigilie. Quarto de medicis faciẽtibus ⁊ detegẽtibus epilẽtiã:ibi Medicinas ¶In prima parte dat.xi.causas que dekoris corpori occurrẽtes mouẽt epilentiam. Prima est permutatio ad aerem frigidum ⁊ humidum grossum vaporosuz:que iuuans est ad epilentiam cõmouendam:sicut quedã cause remouentes idest impedientes permutationem ad aerem:vt reclusio in carcere:aut claustro religiosoꝝ. Cõferunt ei.s.epilentie vel ad hoc vt sanetur si mũdus sit aer ⁊ calidus ⁊ siccus:in quo detinetur epilentiã patiens:vel vt cõmoueat si fit vaporosus frigidus ⁊ humidus. Uel forte vult dicere ꝙ exponere se aeri maxime ventoso vel estuoso vel gelido cõmouet epilentiam sicut stare quiete in aere trãquillo iuuat epilenticũ ⁊ prohibet a casu. Potest ⁊ intelligi ꝙ permutatio ad aerem contrariuz epilentie iuuat ad epilentiam.i.ad curam eius. Sed illud non attinet ca. de causis mouentibus epilentiam:sed ca. de cura epilentie sicut ibi dicebit particula illa. Et ex eis etiaz que eos iuuant est permutatio in regionibus. Secunda est omnis superfluus calor solaris:aut igneus:eo ꝙ cõmouet ⁊ liquefacit grossos humores in cerebro qetos:⁊ fluere facit abunde ad meatus animati spiritus:⁊ humores corporis effumare facit copiose ad caput. Tertia est omne superfluuz frigus occurrens capiti quod cerebrum coartat ⁊ meringas eius exprimens humores ad meatus spũs. Quarta est coitus plurimus supfluus:quia maxime debilitat cerebrum ⁊ neruos motiuos cum sensitiuis:⁊ accidunt cruribus nimis coeũtis repor ⁊ dolor:quare non fortitan sustinet onus sui corporis. Et qñq; similatur dispositio eius epilentie occulte ꝓpter illud:vt ait ꝑn.tertij.xx.tract. i.ca.x. Quinta est multitudo pluuiarum que per medium aeris superflue humectant cerebrum ⁊ corpus. Unde Hippo.aph.tertia aph.xvij. Egritudines in pluuialibus vt multum fiunt epilentie ⁊c. Et multitudo venti tam septẽtrionalis que boreas dicitur q̃s meridionalis quivocatur auster. Septẽtrionalis quidem epilentiam cõmouet:quia materias in cerebro quietas mouet ⁊ exprimit ad meatus spũs:⁊ resolui phibet claudẽs poros capitis sua frigiditate. Meridionalis vo ventus:⁊ meridionales regiones epilentiam cõmouent commouendo humores sua caliditate ⁊ implendo cerebrum suis vaporibus ⁊ subtiliando corporis humores et eleuando eos:vel suos vapores abunde ad cerebrum. Sexta est hyemale tempus vehementer frigidum quod epilentiam multotiens excitat:sicut excitat in septẽtrione.s.a vento septẽtrionali p compressionem materierum que in cerebro latent ⁊ phibitionem resolutionis. Sed tempore autũni cõmouetur epilentia ꝓpter corruptionem humoꝝ in ipso. Est.n. insanius ⁊ cacochimius ceteris temporibus ꝓpter ipsius inequalitatez qua dies estiui sunt ⁊ noctes hyemales. Et hic notat ꝑn.ꝙ epilentia minoratur.i.raro accidit in regionibus septẽtrionalibus:vt yberni:scotia imo in his pax fit:⁊ nõ nisi a causa forti:sicut a crapulis ⁊ ebrietatibus ⁊ excessu vigiliaꝝ ⁊ coitibus supfluis ⁊ vsu allioꝝ vel cepaꝝ plurimo:cuius ratio est:qz septẽtriõales fortia hñt mẽbra interiora ⁊ innatũ calorẽ:q̃re bene digerũt ⁊ supfluitates in his ꝙsumunt ꝓpter fortitudinẽ innati caloris. Septima est odores boni vt ligni aloes muschi lauendule storacis qui qñq; cõmouent puo aliquo motu morbuz epilẽticuz vel sternutationem in cerebris raris:qz replẽt ea plurimis vaporibus liq̃faciũt humores coꝝ vel saltẽ cõmouẽt si fuerint calidi. Octaua est speculatio seu frequens intuitus vel firus aspectus velociũ motuuz circulariũ veluti rotaruz ⁊ molẽdinoꝝ tã aq̃ q̃s aeris ⁊ speculatio ab alto in ꝓfundũ. Per has n.spũs aiati mouent motu circulari quasi vtiginoso:quare patiens cadit vt epilẽticus si dispositus sit ad epilẽtiã. Mona est longitudo more i balneo qua debilitat aiata vtus:⁊ alie vtutes ⁊ liquefiũt ac cõmouent materie cerebri:⁊ euaporatio magna fit ad caput ab inferioribus corpis ꝓtibus caloꝛe balnei. Decima est balneũ añ digõnez ciboꝝ in stõ vel materieruz corpis ⁊ capitis:multos.n.ad caput eleuat vapores hora repletiõis. Undecima ẽ effusio plurima calide aque sup caput cerebro repleto malis humoribus vel stomacho repleto. Maz humores cõmouet ⁊ liq̃facit in cerebro quietos:⁊ ad ipsuz attrahit abunde vapores.

Fen.I.tertii.

De partibus

a ¶Et assumptio eius ⁊c.]Vinum feculentum.i.non defecatū.s.turbidum.Antiquum etiam ꝓpter nocumentuz.s.multi caloris ⁊ effumationis.Vinum enim antiquum est calidius nouo:vt sumit.vij.theo.cap.de cura ficce ꝓfcrafie:⁊ nouuz:vt mustuz.¶Considerandu3 ꝙ antiquitas: ⁊ noūitas in vinis non est bene determinabilis:diuersificatur enim ꝛ vinon est transmutatum.

Quedam enim vina nō fectificātur nisi transmutent:⁊ de illis est hic sermo:⁊ parum quia mentem siue cerebruz pcutit ⁊ neruos. Apium patet. Lentes ⁊c. Nisi ⁊c. quia hordeum sui viscositate ⁊ humiditate quadam remittit lentiuz siccitatez. Non autem disputamus hic an hordeum sit siccū vel humidum:cuius enim siccuz esset in complexione habet quandaz viscositatem ꝓpter quam habet in ea ⁊ lentes ꝓpterea quia generant sanguinem melancholicum nisi cōmisceantur cuz hordeo confracto ⁊ fabe ēt:⁊ allia quia implēt caput vapore:⁊ cepe similiter:qm̄ earū substantia conuertitur ad humiditatem malam:⁊ lac etiam:⁊ dulcia ⁊ plurimuz pinguedinis in cibo ⁊ omne grossum ⁊ inflatiuum ⁊ stipticum ⁊ frigiduz:⁊ omne calidum ⁊ acutuz.Et nausea sunt ex eis que mouent epilentiam:ꝓpterea qz eleuant vapores ⁊ mouent eos ad ipam ⁊ repletio stomachi a cibo ⁊ malicia digestionis. ¶Et vigilie.s.supflue:quia replent caput vaporibus:vt supra.ca.de corruptione memorie:⁊ infra cap.de cura epilepsie:debilitant ⁊ resoluūt spiritum.

c ¶Et passiones ⁊c.] ¶Considerādum ꝙ omnia que enumerat cōmouent subito cerebrum et spiritus ⁊ debilitant virtutes. Tristitia etiam ꝛ non subito ꝟ faciat.Turbo est ventus malus de quo forsan Auic.loquit ꝓmo can̄.fen.ij.illo cap. Nunc autem ⁊c.versus finem:exercitatio sup repletionem

Jacobus Et assūptio.

¶In ſa dat.xij.causas que ori itromisse mouēt epilentiaz.Et addit his tres interius inuentas.

Prima est res generans vaporosuz sanguinez tenebrosum sordidum seu feculentum sicut vinum turbidum grossum feculentum.Et vinum antiquū qz fortius est ⁊ acutius:altero mouet epilentiam:ꝓpter nocumentum qd̄ infert cerebro sua fumositate.Et vinuz nouum non clarificatū:neq; transmutatū ad maturitatē nec purificatuz facit epilentiam:qz nocet cerebro sua ebullitione ⁊ vaporositate a solari calore quē adhuc retinuit:⁊ ab eius fecibus que melācholice sunt ⁊ oppilatiue.Scōa est apium qd̄ a tota ꝓprietate mouet epilētiam.Tertia est lētes:ꝓpter hoc ꝙ generant melancholicuz sanguinem ⁊ multiplicāt grossas vērositates ex qbus fit epilētia:nisi cōmisceant cum hordeo ꝓfracto: nam tūc sunt ex summa melioꝛ nutrimētoꝛ:vt ait ſo huius ca.de lēte. Quarta est fabe ꝓpter eandē causam:nam ⁊ melācholice sunt ⁊ ventose valde.Quinta est allia:qz replēt caput plurimis vaporibus.Et non solum de se sunt vaporosissima:sed ⁊ cibos ⁊ potus qbus imiscent vapores reddūt.Sexta est cepe maxime crude comeste:qz suba cepaꝛ ꝙuertit in malos humores:⁊ plurimus vsus eius facit subethi:⁊ ē ex his que nocent intellectui;ꝓpterea ꝙ generat humorē malū vt scribit ſo huius ca. de cepe.Septima est lac:de quo ſo huius ca.de eo ait ꝙ non est ꝙueniēs hūtibus soda ⁊ vtiginez ⁊ tinnitū:⁊ ꝓprie dormire post ipm:⁊ vtr nocet debilia hñtibus capita. Et Gal.apho.v.pmē.lxv.illius can̄.Lac dare caput dolētibus malū.Reddit cām huius.d.Si lac calorē inueniat pluſq; oporteat cito in fumositatē se mutat:si minorē in acetositatē transducit. Octaua est dulcia sicut muscadellum ⁊ mel ⁊ fauuz:qm̄ facile vertunt in cholerā:aut fumos cholericos ⁊ oppilāt epar ⁊ fastidiuz generāt si cōtinuent.Nona est plurimuz pinguedinis in cibo vel butyri:aut olei qz cibum facit natare in stomacho ⁊ diu sursum retinet:vnde copiosius effumat ad caput.Decima est omne grossum inflatiuū vt fungi ⁊ tubera dicta a vulgo truffie ⁊ napi vel rape:qz multiplicant grossas humiditates ⁊ vētositates que cause sunt epilētie.Undecima est frigiduz ⁊ stipticum via cibi sumptuz in multa quātitate:maxime in ꝓncipio comestionis vt escula:cozna:sorbe:citonia:pira:sumac berberis:rāna:prunelle:vnde fit accatia.Nam vias oppilant:quare cibi ⁊ chimi sursum detinentur:⁊ ad caput effumant:⁊ ex seipsis grossos generant humores:sed modicum ex ipsis vt pirīs citonijs decēter aptatis per decoctionem in fine mense non modicum ꝓficit in analentijs repримēdo vapores qui sursum feruntur. Duodecima est omne calidum ⁊ acutum vt sinapiuz pip grana paradisi: zinzi.canella:⁊ alie spēs alefangine ⁊ vina fortia:replēt.n.cerebꝝ copiosissime fumis ⁊ vaporibus.Sed de tribus causis interius inuētis:⁊ istis additis.]Prima est nausea lōga vel assidua que multos cerebro reddit vapores aut ventositates:⁊ digestionē stomachi debilitat.Scōa est repletio stomachi frequens:aut assidua siue de cibis fit siue de potibus siue de humoribus qua copia vapoꝛ eleuat ad caput ꝓpter longā morā ipoꝛ in stomacho maxime circa os vel in pte ipsius supioꝛe.Tertia ē malicia digestionis qua vel corrumpit vel diminuit vel ex toto auferꝛ digestio stomachi vel digestio epatis:vnde multiplicant vel humores crudi vel humores corrupti suscitare parati morbuz epilentie.

Et vigilie.

¶In 3ª tangit septē cās que sunt ex passionibus vel motiōibus aialibus addens eis octauā alterius modi.]Prima est vigilie supflue frequētes:qz cōplexionē cerebri corrūpunt aliquo siccitatis modo:⁊ debilitāt ipm ⁊ cōmiscent rationē ⁊ adurūt humores:vt ait ꝑn.ꝑmi ſa doc.ij.sum.ꝑma ca.xiij.Scōa est passiōes aie vehementer fortes vt ira tristicia timores terrores.Sepe.n.subito cadunt epilētici ꝓpter iram fortem que cerebri spūs ⁊ humores ꝓturbat.Et plurimi cadunt in locis publicis timore cadendi:vnde id dici solet.Timor facit casum.Tristicia vō melancholiā cōmouet ⁊ ipsam multiplicat que meatus spūs aīati oppilans epilentiam generat.Terror vero spūs ⁊ humores cerebri fortiter cōturbat.Tertia est ꝑmutationes vehemēter fortes in organo auditus ex vocibus:aut sonis impetuosis vt tonitrui fortis ⁊ pcussionis vel soni tympani ⁊ rugitus leonis ⁊ duroruz sonoꝛ magne asperitatis:sicut nolaꝛ.i.campanaꝛ vel volaꝛ.i.alaꝛ molendini ad ventum ⁊ stridoꝛ fortium vt stridoris porte vehemēter acuti vel stridositatem ꝓprie pultes eius. Fabe etiam ⁊ alea lac ⁊ dulcia.s.cito corrupti bilia.]Plurimum pinguedinis in cibo:quia corrumpit digestionem leuigando ⁊ lubricando.Omne grossum ⁊c.frigidum stipticum:quia generat frigidos humores ⁊ constringit eos:omne caliduz.s.superfluuz ⁊ subituz sunt ⁊c.⁊ assignat cām:qz calida ⁊ acuta ⁊ nausea eleuāt humores. b ¶Et vigilie.s.supflue:quia replent caput vaporibus:vt supra.ca.de

gestionis. ¶Et vigilieᵇ ⁊ passiōesᶜ animales fortes ex tristicia ⁊ ira ⁊ timore: ⁊ permutationes sensibiles fortes ex auditu vocum magnarum sicut tonitrui et percussionis tympani ⁊ rugitus leonis: ⁊ vocum durarum:sicut vocis nolaruz ⁊ stridoꝛ sicut stridoris porte acuti.Et similiter ex visu splendoꝛ lumiosoꝛ sicut fulguris rapietis visuz ⁊ splēdoris oculi solis ⁊ ex tactu motuū ventoꝛ fortium: sicut motuuz ventoꝛ turbinum.Et qñq; excitaꝛ epilentia exercitatione super repletionem siue fiat ad resolutionē faciē dam siue non:⁊ coitu:et medicinis epilentiam facientibus. ¶Medicinas autem epilentiam facientes iam diximus:et illas que detegunt epilenticum in tabulis egritudinum capitis cum signis sicut suffumigatio cum galbano ⁊ myrrha et cornu capno:et comestio epatis hirci assi que cadere facit cito epilenticos in paroxismum. Quinta est olfactus odoris ipsius sic cadere faciens.Sexta est myrrha naribus imposita calida. Juxta illud ℳe.in fine capituli de epilentia.Detegunt epilētiam epar caprinum comestuz:⁊ suffumigatio ex galbano:⁊ similiter ex vngulis capre:⁊ apium ſm omnem moduz administrationis eius:⁊ fungi:⁊ suffumigatio ex myrrha:⁊ positio eius in naribus:aut cornu capno ⁊ epar caprinum comestum ⁊ odoratuz:aut hircinum:hec ille.Et Alex.

ᵇ ¶Et vigilie.s.supflue:quia replent caput vaporibus:vt supra.ca.de corruptione memorie:⁊ infra cap.de cura epilepsie:debilitant ⁊ resoluūt spiritum.

ᶜ ¶Et passiones ⁊c.] ¶Considerādum ꝙ omnia que enumerat cōmouent subito cerebrum et spiritus ⁊ debilitant virtutes. Tristitia etiam ꝛ non subito ꝟ faciat.Turbo est ventus malus de quo forsan Auic.loquit ꝓmo can̄.fen.ij.illo cap. Nunc autem ⁊c.versus finem:exercitatio sup repletionem

De partibꝰ

ris lime super corpus ferreum vel stridoris serre sup grossos trūcos in habentibus debile cerebrū ⁊ non cōsuetis audire talia.Turbāt.n.in his animatos spūs:⁊ quandoq; inducunt motum vertiginis vel epilentie casus Quarta est intuitus frequens vel fixus magnorum splendoꝛ seu splendentiuz rerum ⁊ luminosaruz sicuti fulguris rapientis visum.i.dispgentis visiuos spūs ⁊ splendoris oculi solis.i.radiorum directoꝛ eius.Turbat enim visum cum sensu cōmunis spūs exagitans.Quinta est obuiatio vel tactus motuum ventoꝛ fortiuz sicuti motuum ventoruz turbinis qui terram exagitant:⁊ que super hanc sunt vt stramina pulueres:⁊ in gyrum voluūt vnde ꝙturbant animatī spūs motu vertiginis in predispositis.Sexta est exercitiuz precipue forte sup repletionem ex cibis ⁊ potibus vel ex humoribus siue fiat illud ad resolutionem supfluitatum siue ad modum ludi vel spaciamēti vel pro pane lucrando.Nam fortiter cōmouet cibos ⁊ humores hos abunde ad caput effumare faciens.Septima est coitus superfluus frequens ꝓpter causas dictas.Octaua his addita generalis est puta medicine que consueuerūt morbum hunc excitare sicut apium myrrha vel epar caprē.

Medicinas autem.

¶In quarta ꝓmo ait se prius dixisse medicinas illas que mouent ⁊ faciunt morbum epilenticum:⁊ illas que detegunt seu manifestant ex hominibus est epilenticus:dum de hoc dubitatur ⁊ super illo certitudo queritur:⁊ hoc in tabulis secundi canonis de simplicibus.s.in tabulis egritudinum capitis cum signis de rubro seu cū tali rubrica vel tali titulo.]Membra capitis respicit]Quem fere in quolibet simplici inuenies.]Postea subiungit sex medicinas que a tota ꝓprietate detegunt epilenticum. ¶Et attende super hoc ꝙ quedam medicine detegunt epilenticum faciendo ipsum cadere in paroxismum epilentie mox vt adhibētur vt fumigium myrrhe vel cornu caprē:alie detegunt epilenticum faciendo ipsum mox a casu resurgere ⁊ reuiuiscere vt sanguis extractus a magnis digitis pedum epilentici illinitus labijs ⁊ fronti caduci ⁊ lupis hirūdinis:⁊ ruta siluestris naribus appolita. Juxta hec Alexandri ꝓmo ꝓtic.ca.lxxij. Epilentico autem cadente si de maioribus digitis pedum eius sanguinem tollas ⁊ linias labia eius ⁊ frontem mox surget. Apollo vero vidit dari debere sanguinem ipsum in potione. Et rursus ibi ait. In pullis hirūdinum incisis inueniuntur lapides duo:quorum vnus rubeus est:albus ait alius. Albus igitur cadenti epilentico appositus eleuabit eum. Hos autem lapides dicitur dare hirūdo primario vni eorum. Et iterum ibi ait. Accepi autem ⁊ hoc in tuscia a rustico quodam dicente aliquem fuisse liberatum. Tritam enim habebat saluaticam rutam in agro:⁊ cum seruus eius lunaticus coram eo cecidisset plenus mestitia rutam tulit:⁊ contritam naribus eius imposuit ⁊ surrexit sanus. Experimentatum est ideꝛ:⁊ in alijs ⁊ liberati sunt:⁊ ego sepius ita curaui. Mirabile ergo ⁊ precipuum est ⁊ erit tibi hoc pro magno:hec Alexāder ibi. Prima vero medicinarum detegentium epilenticum hic memorataruz est suffumigatio galbani naribus epilentici vel suspecti de epilentia approximata. Sed modus detegendi est faciendo reuiuiscere epilenticum qui actu in casu est:iuxta illud principis secundo huius ca.de galbano. Confert soda ⁊ epilentie:⁊ quando epilēticus ipsum odorat reuiuiscit. Et in aggregatore Serapio.ca.de galbano scribitur ꝙ quando odorat excitat epilenticos ⁊ mulieres habentes suffocationes matricis ⁊ habētes oppilationes in cerebro suo.Sed arguet aliquis ꝙ hoc non est detegere epilenticum sed sanare.Dic ꝙ detegit epilenticum sic ꝙ discernere docet inter epilenticum ⁊ fincopizantem qui non subleuatur tali fumigio. Secunda est suffumigatio ex myrrha que detegit epilenticum faciēdo ipsum cadere. Tertia est suffumigatio ex cornu caprino que detegit etiam faciendo cadere statim epilenticum. Quarta est comestio epatis hirci assi que cadere facit cito epilenticos in paroxismum. Quinta est olfactus odoris ipsius sic cadere faciens.Sexta est myrrha naribus imposita calida. Juxta illud ℳe.in fine capituli de epilentia.Detegunt epilētiam epar caprinum comestuz:⁊ suffumigatio ex galbano:⁊ similiter ex vngulis caprē:⁊ apium ſm omnem moduz administrationis eius:⁊ fungi:⁊ suffumigatio ex myrrha:⁊ positio eius in naribus:aut cornu capno ⁊ epar caprinum comestum ⁊ odoratuz:aut hircinum:hec ille.Et Alex.

primo

plectionem: quia est causa indigestionis siue fiat ꝛc. quia quidã exercitantur ad vnam intentionem: quidam ad aliam quacũq; intentionum fiat: dũmodo fit sup repletionẽ est malũ. Medicinas ꝛc. cũ signis. idest cum areolis ꝛc. ¶ De cura epilepsie. La.x.

Portet quidem. ¶ Jaz posuit causas ꝛ signa epilepsie. Hic ponit curam: ꝛ primo expedit se a cura epilepsie in etate determinata: secũdo generaliter ꝛ absolute: ibi secũda [Amplius commune.] Causa autem quare posuit primo curam infantium est: quia illam etatem multum comitatur: vt supra: ꝛ p̃mo continẽ. ¶ Dubitatur quia Alexander concedit erucam q; eruca generat sanguinem non bonum: vt p̃mo de differentijs feb. ꝛ per consequens etiaꝫ lac nõ bonum. Dicẽdum q; eruca conceditur ab Alexãdro gratia medicine ad subtiliandum lac grossum Hic vero prohibetur in ratione cibi lactanti que non indiget lactis subtiliationẽ: tolerauit ꝛc. hoc est quando iam processerũt plus in etate: vel etiam potest eis concedi decoctio de ysopo.

tis hirci ꝛ olfactus odoris ipsius: ꝛ similiter quando ponitur myrrha in nare eius.

¶ De cura epilentie. La.x.

Portet quidẽ vt epilentia que est in infantibus curetur ita vt nutrimentum lactantis rectificetur: ꝛ fiat conueniens ad caliditatem subtilem cuꝫ bonitate chymi. Et lactãs alienet a se omne quod generat lac aquosum aut corruptum aut grossum: ꝛ prohibeat sibi coitum ꝛ pregnationeꝫ. ¶ Et oportet vt hic infans alienetur ab omni re in qua est timoris subitatio ꝛ coartatio sicut sũt voces magni sensus vt vox tipanj ꝛ tonitrui ꝛ fulguris ꝛ nolarum: ꝛ vox vociferantium. Et vt alienetur a vigilijs ꝛ insomnietate: ꝛ ira ꝛ timore: ꝛ frigore vehementi ꝛ calore forti ꝛ malicia digestionis. Et vt iniungant ei exercitium ante cibum leue ꝛ interdicatur ei motus post cibuꝫ. Et si toleraverit euacuationes que fiunt medicinis euacuatibus phlegma subtile fiat illud. Et eos quidem iuuat vt quandoq; euomant cuꝫ aqua mellis: ꝛ vt potẽt zuccarum ros. ꝛ mel. ro. ꝛ olfaciant rutã ꝛ reliqua subtiliantia. Nam [a] olfacere odoramenta que diximus fortasse excusat laborem in eis. ¶ Amplius[b] cõmune est in omnibus epilentricis vtvtantur cibis laudabilibus quibus inest humectatio laudabilis non superflua: ꝛ vt cagis in generali: secũdo in speciali: ibi secunda [Et neq; multum vtat.]

a Nam olfacere ꝛc.] ¶ Contra quia odores boni mouent epilepsiaꝫ vt supra dixit. Dicendum q; si in capite est multa repletio ista odoramenta eliquando materiam ꝛ replendo possunt mouere epilepsiam: sed si repletio sit pauca possunt conferre: etiã in multo vsu possunt nocere: in vsu autem moderato nõ. Et hec regula ponitur a Mes. in suo de appropriatis ca. de soda. Excusat laborem. i. nõ oportebit te laborare cum alia medicina.

b ¶ Amplius cõe ꝛc.] ¶ Hic ponit curam epilepsie absolute. s. non determinando ad etatem. Et primo in generali: secundo i speciali: ibi secũda. [Et cum fuerit causa cerebri epilepsia] tũc ꝛc. Prima in duas: primo ponit curam per dietam secundo per medicinas: ibi secũda [Cum autem attracte sunt materie.] Prima in tres: primo ponit regimen per cibum ꝛ potum: ꝛ repletionem: ꝛ inanitionem ꝛ per aerẽ: secundo per somnum et vigiliam: tertio per motum ꝛ quietem: ibi secũda [Et multum dormire] ibi tertia [Primum autem] vel ibi [Quod si exercitiuꝫ] Prima in duas: primo facit hoc magis in generali: secũdo in speciali: ibi secunda [Et neq; multum vtat.]

Jacobus

primo prac. ca. lxxij. ait. Similiter faciet ꝛ gagates lapis adiunctus pus igni ꝛ nari appositus: cadet enim mor. Et est gagates niger lenis vulgariter dictus a gallicis geiet de quo fiunt pater noster.

¶ De cura epilentie. La.x.

Portet quidem. ¶ In hoc cap. primo agit de cura epilentie infantium. Secundo de cura generali epilentie per regimen: ibi [Amplius cõmune est] Tertio de generali cura epilentiarum per medicinas: ibi [Cum ergo attracte sunt] Quarto in speciali de cura epilẽtie cerebri proprie: ibi [Et cum fuerit epilentia causa cerebri] Quinto de curis epilentiarum p̃m humores ex quibus fiunt: ibi [Melius autẽ quo] Sexto de cura epilẽtie stomathice: ibi [Cũ vo epilẽtia ẽ ex stomacho] Septimo de cura epilẽtie facte ex eleuatione alicuius rei ab aliquo mẽbro extrinseco: ibi [In illa vo que fit cum eleuatiõe] Octauo de cura illius que a toto corpe eleuaf: ibi [In illa aũt que a toto corpore.]

¶ In prima parte agit primo de regimine lactantis. Secũdo de euitandis ab infante epilentico: ibi [Et opꝫ vt hic infans] Tertio de sibi conferentibus: ibi [Et vt iniungatur.]

¶ In prima particula dat tres regulas. Prima est q; in cura epilentie infantilis lactans infantem rectificet suum regimen in cibis ꝛ potibus: sic q; cibi ꝛ potus eius sint euchymi sibi conuenientes ꝛ declinantes ad subtilem caliditatem. i. moderatam. Nam infantium epilẽtie sunt vt plurimum phlegmatice. Secunda est q; nutrix lactans epilẽticum alienet a se cũcta que generãt lac nimis aquosum: sicut fraga cerasa pruna poma cruda cucurbitas: melones: citrulos: cucumeres. Et cũcta que generãt lac multum corruptuꝫ: vt corruptos pisces ꝛ corruptas carnes ꝛ ova torrata: ꝛ caseum musciduꝫ. Et cũcta que generant lac nimis grossum sicut lentes fabas caseum antiquuꝫ pisces induratos: carnes porci: bouis: cerui antiqui: leporis: ex his enim fit lac epilẽtiam aggrauans. Tertia est q; lactans a coitu caueat ꝛ impregnatione: q; turbant lac ꝛ fetus in vtero rapit sibi sanguinem matris meliorem: ꝛ sanguis deterior ad mãmillas transit. Et sup his: p̃mo dicit Alexã. lib. i. prac. ca. lxij. Inicium faciẽtes ꝛ nos curationum epilẽtie ab infantium necesse est etatibus nichoemus Si igitur adhuc infans fuerit: ꝛ lac sugat nihil ei potest fieri qđ accipiat. Proficiente autem etate ꝛ calore augmentato sufficit solus calor ad cõsumendam humectationem capitis repletis ex ea cõcauitatibus ipsius. Quomodo ergo iuuare oporteat: ꝛ ex nostra sollicitudie gubernari possit: vt lac etiam nutricis eoꝝ bonum fiat ꝛ sine aliqua sit superfluitate ordinatum est. Secũdo ibi ait. Pessimum enim est si lac sit pingue. i. grossuꝫ ꝛ fetidum. Fit autem vtile ꝛ euchymum si nutrix exerceaf: quemadmodum ꝛ mediocriter exercitantur nutrices ꝛ cibos accipiat euchymos. Quod si subtile fuerit lac pingue ipsum opꝫ mediocriter fieri. Si autem satis pingue. i. nimis grossum fuerit quibusdam appositis opꝫ subtile reddi qualia sunt feniculuꝫ anetũ anisum eruca: ruta: porrum: omnia ista viridia sunt assumenda: adhuc autem ꝛ recẽtia assumi debent. Sicca autem acriora. i. acuta magis sunt ꝛ amplius aperiunt menstruoꝝ poros: ꝛ matrix fluit. i. fluxu emittit sanguinem: quo lactenti nihil est peius: modicuꝫ enim necesse est lac fiat sanguine de ventre fluẽte. Tertio ibi ait q; nutrices a viroꝝ coitu prohibende sunt: subtile enim ꝛ male olens necesse est vt lac fiat. Si autem tangat vt se ingrauidet. i. impregnetur adhuc magis pessimum est: etenim fugienda est talis nutrix: ꝛ nullo modo permittenda est lactare infantem: sed alia magis querẽda est habens lac bonũ. Quarto dicit cognoscendum est igitur lac bonum ex colore. s. ꝛ constitutione. i. substantia ꝛ odore. Album enim debet esse lac bonum: ꝛ nihil habere in se liuidum: aut mali odoris. Constitutione autem sit neq; tenue: neq; satis pingue. i. nimis grossum: aut caseatum. Quod enim tale lac generat in vberibus solet maxime cõstipare puerorũ neruos: propterea ꝛ vinum mediocriter subtile dari oportet: sic enim nutriendus est infans: si adhuc sugatur: prouideri oportet nutricem que bonum faciat lac: hec Alexander.

De partibus

¶ Et opꝫ vt hic ꝛc.] ¶ In secũda iubet infantem epilenticum a quinq; elongari. Et p̃mo ab omni re subito exterrente ꝛ coartante ipsum cũ fremitu intra se vt a sonis fortibus ꝛ impetuosis tympani tonitrui fulguris ꝛ fulminis ꝛ campanarum ꝛ vocum frementum vel impetuosaruꝫ. Mã fortiter conturbant humores: ꝛ spiritus ipsorum infantium ꝛ in dispositis epilentiam excitant. Secũdo a vigilijs supfluentibus ꝛ insomnietate quia vehementer cerebrum debilitant: ꝛ ad ipsum malos attrahunt humores. Tertio a forte ira ꝛ frequenti timore quibus turbantur humores: ꝛ spiritus cerebelli infantis. Quarto a vehementi ꝛ intenso frigore quod capiti occurrens exprimit interdum materias ad vias animati spiritus: ꝛ a forti calore qui quietos cerebri liquefacit humores: ꝛ ad fluxũ excitat: ꝛ ad caput eleuat fumos ꝛ vapores: ꝛ quãdoq; humores ab inferioribus. Quito a malicia digestionis qua quandoq; putrefit lac in stõ vel in ipso acescit vel coagulatur: vnde malos reddit vapores cerebro.

¶ Et vt iniungantur ꝛc.] ¶ In tertia iubet infantem epilẽticũ. v. vti auxilijs. Primum est exercitium leue ante cibum: sic q; suauiter si possit ambulet: ꝛ si non possit in vlnis feratur per serenum aerem in loco spacioso vel in cunabulo hincinde moueaf vt superfluitates per hoc resoluantur ꝛ inde excitetur naturalis calor: ꝛ ad nutritionem membra preparentur. Et post comestionem maneat quietus: ne cibus in stomacho motu exagitatus digeri prohibeatur. Secũduꝫ est purgatio phlegmatis subtilis cũ pharmacis proprijs phlegma educentibus si toleret infans sicut est pharmacum de medulla cartami ꝛ carnibus ficuum equaliter mixtis: quod i omni etate rute dari potest sub vnius. ʒ. pondere: aut amplius: naꝫ stomachum mundat ꝛ epilentie causam antecedentem suauiter educit. Tertiũ est vomitus p̃uocatus interdum cum aqua mellis: de qua tepida pues infanti bibere quatuor. ʒ. Post hoc in os eius infer digitum tuum titillando linguam vel pẽnam cum pilis in oleo intinctam ꝛ vomet ptinus. Unde emundabitur stomachus eius a malis humoribus: quorum vapores vel epilentie causa erant vel ipsam excitabant aut aggrauabant. Quartũ est frequenter de mane bibere zuccarum rosatum vel mel rosatum cum aqua bullita vel cum aqua pulli: zuccarum in calidis: mel ℥ o in frigidis def. ʒ. ʃ. ex altero istoꝝ p̃o qualibet vice cum tribus. ʒ. alterius aquaruꝫ modo nominatarum de mane in ieiuno. Nam stomachum ꝛ epar ꝛ cor confortant ꝛ malos a stomacho humores abstergunt. Quintum est olfactio rute maxime siluestris: ꝛ alioruꝫ similium subtiliatiuoruꝫ vt castorei galbani. Nam forsitan excusat olfactus taliuꝫ a labore in alijs: vt a labore compellendi infantẽ sumere pharmacias vel facere vomitũ vel bibere mel aut zuccarum rosatũ. Nam solus rute odor frequenter adhibitus infanti epilentico: quandoq; satis hunc preseruat a casu.

Amplius cõmune. ¶ In hac secũda parte primo dat quasdam generales regulas circa dietam epilenticorum. Secundo agit de carnibus eis inutilibus ꝛ vtilibus ꝛ de piscibus: ibi [Et epilentico quidem] Tertio de fructibus ꝛ holeribus: ibi [Et alienent] Quarto de vitãdis in generali: ibi [Et oportet vt vitent] Quinto de vino: ibi [Repletio vero] Sexto de somno et vigilijs: ibi [Et multuꝫ dormire] Septimo de exercitio: ibi [Plurimũ autem epilentie regimen.]

